Poſtea cōſiderandū ē de ɔtractibꝫ ī ſpāli. Et p̄⁹ de emptione ⁊ vēditōe. Circa qđ vidēdū p̄⁹ de arris q̄ ſolēt dari vt ī pluribꝫ an̄ vēditōz. ſcđo qđ ē vēditō ⁊ emptō. tercio de vēditōis diuiſiōe. q̄rto de q̄ ꝗlibet vēditō ꝑficiať. q̄nto ad quē ſpectet piculū rei vēdite. ſexto ad qđ teneť vēditor emptori. ⁊ de actōe vtri⁹ꝫ aluiꝫ vt faciat qđ debet. ſeptimo de impedimēto ꝓſtito ɔtractui p errorē. dolū vel deceptōem. octauo qđ iuris de pōderibꝫ vel menſuris falſis. nono de caſibus ī quibus cogiť qs vēdere rē ſuā. decimo de negociatōnibus ſiue mercantōibꝫ q̄ ɔſiſtūt ī vendendo vel emendo. vndecimo de quibuſdā caſibus dubitabilibus circa materiā iſtam. duodecimo de monopolijs. Circa p̄mū videndū eſt quid ſit datō arraꝝ: ⁊ quid operetur: ⁊ que ſit pena arrarum. Circa p̄mū ſciēdū q̄ donatō arraꝝ ē argumentū emptōis ⁊ venditōis contracte. vn̄ bn̄ poteſt emptio ⁊ venditio contrahi ſine arra. ſed p eam fit euidentius inter ementē et vendentē de precio cōmiſſo. ff. de cōtrahē. emp. qđ ſepe. in p̄n. Si etiā interuenerit arra nihilominus poteſt vterq̄ recedere ab emptōne vel venditōe: licet penitēs penā arraruz incurrat niſi illud quod ē datum loco precij vel partis p̄cij interueniat vt qꝛ dicat emptor. do hoc nomie arre ⁊ p parte ſolutōis precij. tūc em̄ altero eoꝝ inuito non recedeť a ɔtractu vēditōis. quia cum p̄ciuz vel pars precij ſit ſoluta res deſinit eſſe integra. qđ non fieret ſi nomine tm̄ arre datū eſſet. hoc ꝓbat. C. qn̄ li. ab emp. rece. l. ij. arre em̄ non precia ſed pignora dicunť. Operatur aūt datio arrarum vt partes contractū ꝑficiant metu pene arre. Arre aūt pena eſt vt. ſ. ea interueniēte ſi p emptorē ipſū dantem ſteterit quominus impleať perdit quod dedit. Si vo ſteterit p venditorem arram recipientē reſtituere cogiť dupliciter. id eſt illud quod recepit ⁊ tn̄ de ſuo: ſiue venditō ſit celebrata ī ſcriptis ſiue ſine ſcriptis. vt Inſti. de emp. ⁊ ven. §. ī his autem. ⁊ nihilominus ſm Bulg. ⁊ Io. aget ad intereſſe. ſꝫ ſm Mar. ⁊ Accur. ſatis eſt q̄ amittanť arre. ſm vo Hoſt. ſi arra detur p arra ⁊ p ſolutione vera eſt ſententia p̄ma. ſi autem tm̄ p arra vera eſt ſecunda. Sꝫ nunq̄d idē ē de pignoribus datis. ſ. q̄ is p quē ſteterit ꝑdat pign⁹? Rn̄ſ q̄ ſic. q̄a arre vt dictū eſt pignora ſunt. ⁊ ſimiliť p datōez pignoris res non deſinit eſſe integra. Et hoc intelligo ſi illud quod eſt datuz ſit pignus ſimpliciter ⁊ ineſtimatū. ſi vo eſtimatū ſit ⁊ adiectuz q̄ cedat p arra ⁊ ſolutōe: tūc res deſinit eſſe integra ſicut dictum ē. ſ. de arra. ar. C. de reſcin. ven. p̄cij.

Sequiť vidē de ſcđo. ſ. qđ ē vēditō ⁊ emptō. Circa qđ ſciendū q̄ venditio ē alicui⁹ rei p certo p̄cio datō. Et emptio ē alicui⁹ rei p certo p̄cio acceptō. Et ſic colligiť q̄ ī hoc contractu debent eſſe duo. ſ. res ⁊ p̄ciū. Res q̄dem ex parte vendētis. ⁊ ɔplectiť hoc nomē rei tā corporalia. ſ. que de ſui natura p̄nt tangi. vt fundus. veſtis ⁊ ſimilia. q̄ī icorporalia vt iura ⁊ actōes. tā p̄ſētia vt que iā ſunt ī rerꝫ natura. q̄ futura vt que non ſunt ſed futura ſperanť. vt futuri fructus: ancille ⁊ iumēti partus. tā demonſtratiua ad oculū vt q̄ ſubiacēt ſenſui viſus ⁊ tactus. q̄ demonſtratiua ad intellectum vt que ꝑcipiunť ſolo intellectu. vt ē dimidia vel tercia pars fundi ꝓ indiuiſo. Et ſic res omnes vendi poſſunt: dūmodo ſint tales q̄ ſup his ɔtrahi poſſit. ſunt em̄ alique res ſup q̄bus ɔtrahi nō pōt vt habitū ē. ſ. de cōtractibꝫ inutilibꝫ rōe reꝝ. Ex parte vo emētis debet interuenire p̄cium verū ⁊ certū ⁊ ɔſiſtens ī pecunia annumerata verꝫ dico. i. vero aīo debet ſolui. nō ſimulatū qꝛ ſi p̄cium apponať imaginarie vel p ſimulatōem nulla ē vēditō. debet etiam p̄cium eē certū quātitate. ſ. certā cōtinēs q̄titatez. vt. x. vel. xij. ſolidō. vt Inſti. e. §. p̄ciū aūt. Et debet eſſe quantitas illa pecunie numerabilis. qꝛ precium in ſola pecunia ɔſiſtit. aliter nō eēt venditō ſꝫ ꝑmutatō vel alius ɔtractus Inoīatus. vt Inſti. e. §. p̄ciū. Ad hoc nō q̄ p̄ciū nō debꝫ nec pōt ɔferri ī arbitriū alicui⁹ ɔtrahentiuz. vt dicať. vēdo tibi quanti voluero vel quanti volueris. qꝛ nulla eēt vēditō. vt. C. de cōtrahē. emp. ī vendentis. tn̄ ſi precium vel etiaz rei que emitur vel augmentū vel diminutō ī alteri⁹ ꝑſone tercie arbitriū ɔferať: tunc ſi ille tercius noīatus fuerit ⁊ p̄cium arbitreť. tenet vēditō. ſi tn̄ ille nūq̄ arbitreť ad arbitriū bōi viri. i. iudicis re curratur. ff. ꝺ ver. ob. continuus. §. cum ita. ⁊ habet hoc locū in contractibus bonefidei ⁊ i contractibus ſtricti iuris. vt. ff. de operis li. ſi libertus. Si vº nihil arbitretur non tenet venditō: nec ad alterius arbitriuȝ recurritur. vt. C. de contrahē. emp. l. vlt.

Equitur videre de tercio. ſ. de diuiſione venditionis. Circa quod ſciendum ꝙ venditionum quedam dicūtur fieri in ſcriptis. quedam ſine ſcriptis. Dicitur autem venditio ⁊ quilibet alius contractus fieri in ſcriptis quādo in cōtractu vel ante partes conueniunt vt inde ſcriptura fiat. Sine ſcriptis vº dicitur quando non agitur inter partes vt inde fiat ſcriptura. etſi etiam poſtea fiat ad cautelam: tamē exquo non fuit actum hoc ab initio dicitur fieri ſine ſcripto. ⁊ multomagis poſtea ſi fiat nulla ſcriptura ſicut i vēditionibus rerum exiſtentium i numero. pondere ⁊ mēſura. In vēditiōe eñ talium non ſolent fieri inſtrumēta.

Equitur videre de quarto. ſcȝ quomodo quelibet vēditō perficiatur. Circa quod ſciendum ꝙ venditio illa que fit ſine ſcriptis ſolo cōſenſu partiū de precio et de re pficit̄. ex hoc eñ cogit̄ ⁊ venditoꝛ rem tradere vel intereſſe pſtare. vt. ff. de ac. emp. l. j. ⁊ emptoꝛ p̄ciuȝ ſoluere. vt ibidem. l. iulianus. §. offerri. venditō vº que fit i ſcriptis requirit ⁊ cōſenſum ⁊ finale ipſius ſcripture complementuȝ. quod tunc eſſe factum intelligo qñ ſolēnis ſtipulatō ē ſup illo cōtractu celebrata: ⁊ teſtibꝫ adhibitis factū ē mandatū a notario ꝙ vtraqꝫ parte p̄ñte ſcribat. vt. C. de fi. inſtru. cōtractus. ⁊ añq̄ iſta ſint facta q̄libet pars recedere pōt a ꝯtractu: ⁊ neuter agere poteſt vt ibidem. Si tamē vēditoꝛ añq̄ p̄dicta ſint completa rem tradat: bñ trāſfert dominiū. ſꝫ ⁊ agere pōt ad rē recuperandā niſi precium ſoluatur. C. de reȝ ꝑmu. rebꝫ.

Equitur videre de quinto. ſcȝ ad quem ſpectet periculum rei vendite. Circa quod ſciendum ꝙ ſi venditio fiat pure ſine ſcriptis ꝺ re certe ſpeciei que deguſtatōȝ non exigit: oīe periculum rei empte ſpectat ad emptorem etiam ſi res non ſit emptori tradita. Inſti. e. §. cum autem. preter caſum publicationis: niſi pactum culpa vel mora interueniat. pure ideo dixi. quia ſi venditio eſſet conditionalis ante conditionis euentum periculum immineret ad venditorē: ſed deterioratō ad emptoreȝ. vt. ff. de ꝑicu. ⁊ com. rei ven. l. illud. ideo autē dixi ſine ſcriptis. quia ſi fiat i ſcriptis periculum ſpectat ad vēditoreȝ añq̄ ſcriptura ꝑficiatur. vt. C. de fide iſtru. contractus. Ideo vº certe dicitur. quia ſi ſub alternatione fiat emptio diuerſarum rerum periculum primi ꝑtinet ad venditorem: vt ſi tibi vendam ſtichum vel titiū: ꝑiculum p̄mi ꝑtinet ad venditorem: ꝑiculum ſecundi ad emptorē. vnde ſi ſtichus obijt dabit̄ titius. vt. ff. e. ſi i emptiōne. §. ſi emptō. Ideo aūt dixi ſpeciei q: ſi fiat venditō in genē ꝑiculuȝ ꝑtinet ad emptorē. vt cū vendo hominē ⁊ nō dico quē. q: quod debet̄ i genere nō pōt ꝑire. C. ſi certū pe. incendiū. Quid ſi vendam incertū de certis. vt vnū de ſeruis meis vel qnqꝫ corbes ex hoc dolio: ⁊ omnes pereant? Reſpōdet Hoſt. ꝙ emptoꝛ repetet p̄cium. ſi dedit. q: ſine cauſa ē apud me: ⁊ ſi nō dedit habet exceptionem. ⁊ ſic nō pertinet ad eum ꝑiculum. Ideo aūt dixi que deguſtatōem nō exigit. q: ſi ſit res que deguſtatōem deſideret. vt vinū. zinziber. ⁊ hmōi: ⁊ vendat̄ i ſpecie poſt deguſtatiōem nō ante perit et deteriorat̄ emptori. Si vº vēdat̄ i genē: tunc ſunt duo neceſſaria vt pereat ⁊ deterioret̄ emptori. ſ. deguſtatio ⁊ cōmēſuratō ſiue pōderatō. ⁊ hoc ſm Io. bul. et Placē. ſꝫ Azo dixit ꝙ de vino ē ſpeciale: vt ſtatim facta venditōe i ſpecie etiā añ deguſtatōem pereat ⁊ deterioretur emptori. ff. e. ꝙ ſepe. §. in his. Item ꝑiculum publicum ꝑtinet ad venditorem. vt. ff. loca. ⁊ conduc. ſi fundus. Item ſi ſit incertum pactuȝ ꝙ periculū reſpiciat venditorē: nō ꝑtinet emptori ſiue de caſu fortuito dictū eēt ſpecialit̄ ſm Bul. ſiue gnālit̄ ſm Mar. Idē ē ſi vēditoꝛ fuerit in culpa vel dolo ꝙ res ꝑeat vl' deterioretur. Idem etiam ē ſi venditoꝛ fuerit in mora. q: periculuȝ ſpectat ad moroſum etiā ſi res erat ꝑitura penes aliū ſm Io. ⁊ azo. ſꝫ Mar. dicit ꝯtrariuȝ. vltima vº mora ſemꝑ nocet illi qui facit eam. ff. de ꝑi. ⁊ com. rei ven. illud. hec Inſti. e. §. cum autē in glo. Et Hoſt. addit ꝙ ſi calliditas interueniat ex parte venditoris. ſcȝ quia bonitatem duraturam affirmauit. vel etiā ſciuit non duraturaȝ ⁊ tacuit. imputatur ei. ff. de peri. ⁊ com. rei ven. ſi quis vina. Item ſicut periculum pertinet ad emptoreȝ ita ⁊ commodum. ff. de reg. iu. ſm naturam. ⁊ ideo quod per alluuioneȝ accreſcit ⁊ fructus ⁊ partus rei vendite ſpectat ad emptorem. C. de ac. emp. ⁊ ven. l. fructus poſt. ⁊ l. penl'. Itē ⁊ actiōes ei ſunt credende. ff. de ac. emp. ⁊ ven. l. iulianus. §. ſi fructibus. Quid ſi res vendita apud venditorem ſit furto ſublata? Reſpōdeo. aut inter eos cōuenit de cuſtodia. ⁊ tūc dāmnū erit ipſius venditoris. aut nō conuenit. ⁊ tunc ſufficere debet ꝙ venditoꝛ talem cuſtodiā adhibuerit qualem bonus paterfamilias adhibet rebus ſuis. quod ſi fecerit i nullo tenet̄ ff. e. ꝙ ſepe. §. ſi res.

Equit̄ videre de ſexto. ſ. ad q̄d tenet̄ vēditoꝛ emptori ⁊ ecōuerſo. Circa qd̄ ſciendum ꝙ venditoꝛ tenet̄ rem tradere ita ꝙ emptoꝛ habeat vacuā poſſeſſionem: hoc eſt ita ꝙ emptoꝛ ſit potioꝛ i poſſeſſiōe ita ꝙ ab ea nō poſſit aduocari. nā ſi q̄s eam aduocauerit ꝑinde ē ac ſi tradita non fuiſſet. vt. ff. de ac. em. ⁊ vē. l. j. §. j. hec aūt traditō facit emptorē dñm ſi venditoꝛ erat dñs. ſi vº non erat dominus obligat̄ nomine euictiōis: dummō p̄ciū ſit ſolutū vel eodē noīe ſatiſfactum. vt ibidē. ff. de ac. em. ⁊ vē. l. exempto. §. j. Si vº venditoꝛ nolit rē tradere tenetur ad intereſſe. vt ibidē. l. j. Sed nūq̄d manu militari ab inuito vēditore res vēdita poterit extorqueri? Rñ: hoc viſuȝ ē dño Mar. ꝙ ſic ꝑ legē. ff. ꝺ rei vē. l. q̄ reſtituere. Sed ſm Hoſ. ar. cōtra ꝑ legē. C. de ac. emp. ⁊ ven. emptoꝛ. Rñ° j. Debet eñ. prius p̄cium offerre q̄ vēditoꝛ rē tradere. quinimo i venditōne non transfertur dominiuȝ etiam re tradita niſi precium ſit ſolutum vl' al's ſatiſfactū. ſec° ē de ꝑmutatōe ⁊ alijs cōtractibus. hoc dico niſi vēditoꝛ fuerit ſecutus fideȝ emptoris. Inſti. de reȝ diui. §. ꝑ traditōem. ⁊ §. vendite. Si vº neuter fidē habeat de altero p̄cium ⁊ res deponat̄ apud ſequeſtꝝ. ff. de ſolu. l. ſi ſoluturus. hec Ber. extra ꝺ ſymo. intantū. vnde emptoꝛ agere nō pōt ex empto añq̄ ſoluat vel offerat p̄ciū venditori. vt in. §. vēdite. Notādū aūt ꝙ ſi q̄s mādauit tribus de re ſua vēdenda ⁊ vnꝰ eoꝝ emat vēditō nō valet ⁊ reuocari pōt. q: videt̄ mandatū vt alij vēdant ff. e. nō licet. hec Ber. i queſtōibus. Itē ſi vēdo tibi alternatī rem illā vel illā habeo optionē nō tu. niſi ſit aliter dictum. ff. e. ſi ita diſtrahat̄. hec Azo. Itē ſi vēdidero tibi bibliothecam id ē armariū libroꝝ hac cōditione. ſ. ſi poteris habē locū in q̄ eam ponas: ⁊ ꝑ te ſteterit quominus locū habeas agē poſſum contra te ex vēdito quaſi completa conditōne: cū ꝑ te ſtet quominus compleat̄. ff. e. l. cum ab eo. ⁊ l. labeo ſcribit. ſi mihi. Itē qñ contractꝰ ſit ſic. ſ. vt liceat emptori a cōtractu diſcedere ſi emptio diſpliceat. tūc vſqꝫ ad. xl. dies ⁊ non vltra emptor diſcedere poteſt. niſi decens ſit ꝙ quādocūqꝫ velit diſcedē poſſit. ff. de edil. edic. ꝙ ſi nolit. ⁊ extra. de pigno. illo i glo. Item ſi quis prediū emerit cui aqueductus debetur ius aque ſic ad emptorem ꝑtinet etiam ſi non ſit dictum ſicut ⁊ ipſe fiſtule ꝑ quas aqua ipſa ducit̄: licet ſint extra edes. ⁊ hoc ē rōe acceſſionis. ff. e. ſi aqueductus. Itē ſi quis p̄dia vendiderit hac cōditione. ſ. vt emptoꝛ ſatiſfaciat reipublice: ſi emptoꝛ non ſatiſfecerit non ideo ꝯtractus caſſatur: ſed vēditoꝛ agere pōt ad intereſſe vt fiat quod conuenit. C. de reſcin. ven. ea conditione. Itē ſi vinum quod eſt i dolio ſit vēditū: hoc videt̄ actū. ſcȝ vt expediat̄ doliū competēti tp̄e ꝓpter nouā vindemiā. vnde venditoꝛ illꝰ non ante habebit doliū expeditum q̄ emptoꝛ euacuet ipſum: niſi vindemia ſuꝑueniat: vel niſi vēditoꝛ ſit vini mercator qui cōſueuit emere ⁊ reuēdere vinū. ff. de peri. et cōmo. rei ven. l. j. §. vlt. hec Hoſ. Vñ ſi emptoꝛ nolit accipe pōt vēditoꝛ mēſurare ⁊ effundere corā teſtibus: ſi vaſa ſint neceſſaria ſibi ſm Hoſt. Itē ſi res ſit vendita duobꝫ potioꝛ eſt ſecundus ſi p̄mo ſibi tradat̄. ⁊ idē ē de donatione. C. de rei vē. quotiens. niſi p̄mus emptoꝛ emiſſet nomie eccleſie. hoc eñ ē ſpeciale ꝙ dominiū acq̄rit̄ ſine traditōe. ar. extra. de cōſue. ex l̄ris. ⁊ expſſe. C. de ſac. ſan. ec. vt inī diuinū publicūqꝫ. Et etiam ſi ſecundus emerit noīe eccl'ie p̄fert̄ primo. ff. de ꝓcu. in cauſe. ſꝫ venditoꝛ tenet̄ crimine ſtellionatꝰ. vt pꝫ ad. l. cornel'. de falſis. l. j. ⁊. ff. de cri. ſtel. l. iij. Item licet res ſit empta mea pecunia: nō ideo ſit mea niſi ematur nomine meo. C. de rei vē. ſi ex ea. Fallit autē hoc i re empta de pecunia eccleſie. ar. extra. de pecu. cle. c. ij. ⁊ c. penul. vel de pecunia militis vel pupilli. vel minoris vel data coniugi. C. de rei ven. ſi vt ꝓponis. et

C. arbi. tu. l. iij. ⁊ ff. de dona. inter vir ⁊ vxo. l. vxor marito. vel de pecunia vſuraria. extra de vſu. cū tu. i. §. ſi. ſm̄ q̄ſdaꝫ. de quo dic vt infra ti. de vſu. ar. de penis vſurarioꝝ. Inſuper nota ꝙ de re vendita euicta agit emptor de euictiōe. hoc tamen fallit in multis caſibus. ſ. ſi emptor ſuper re vendita impetitus non nunciat venditori vel fideiuſſori: ſi venditor ſit abſens: vel ſi emptor contumaciter abſuit tempore ſententie: vel ſi propter iniuriam ſuaꝫ contra eum lata fuit ſententia. ex. e. ca. vlt. vel ſi non tempeſtiue denunciet ſꝫ iam ꝓpe ſententiam. vt. ff. de euic. ſi rem quam. §. vlt. niſi ſit ī cōtractu remiſſa neceſſitas nūciandi. vt. ff. de euic. l. vlt. Sūt etiā ⁊ alij caſus ī quibus emptor nō agit de euictiōe. ſ. ſi cōpromiſit ⁊ ſententiam ꝯtrariā reportauit. vt. ff. de euic. ſi dictum. §. ſi ī arbitꝝ ꝯpmiſero. Itē ſi ſua culpa poſſeſſionē amiſit vt ibidē. l. ſi rem quā. §. ſi duple. Itē ſi habuerit rē ꝓ derelicta. vt ibidē. l. ſi ſecutū ē. Itē ſi ancillā emptā ꝓſtituat. vt ibidē. l. ſi mancipium Itē ſi emptor vſucepit rē emptā. vt ibidē. rē alienā. Itē ſi vēditore abſente emptor condemnatus nō appellauit. vt ibidem. l. herennius. Itē ſi rē alienam ſcienter emit: niſi de euictione ſpāliter ſibi ꝓſpexerit. C. de euic. ſi fundum. vel niſi aliqͦd caſuale contingat. C. cōia de l. l. fi. ⁊ ext. de re. eccle. nō alie. ad audientiam. Itē ſi venditor volūtate emptoris ī loco vendito ſepultus fuerit. ff. de euic. ſi ꝑ imprudentiam. §. ſi quis locuꝫ Itē ſi emptor vſucapere potuit ⁊ non vſucepit. vt in. l. p̄alle. ſi dictum. §. ſi cum poſſet. ⁊ ex. e. c. fi. ī glo. vbi plura habentur de hac materia. Item venditor tenetur emptori re vendita euicta ī ſimplum tm̄ ⁊ ad intereſſe ⁊ in rebus p̄cioſis cuiuſmodi ſunt indumenta ornamenta precioſiora. vel eſt hoc relinquendum arbitrio iudicis. ſ. que ſint res precioſe ⁊ tunc cogitur in duplum ꝓmittere: aliter condemnabit in duplum. ſic intellige ff. de euic. ⁊ duple ſti. l. ij. ⁊. l. emptori. ⁊ intelligit duplū p̄cij conuenti. ff. e. l. cum fundus. ſtipulatō tamē pōt fieri ex conuentiōe ī q̄ntūcūqꝫ volunt ptes. C. de euic. l. ſi tibi liberam.

Equitur videre de ſeptimo. ſcꝫ de impedimento p̄ſtito contractui ꝑ errorem. dolum vel deceptiōem. Circa quod ſciendū ꝙ vēditō nō tenet ſi erret p̄mo ī precio vt ſi putem vendere tibi ꝓ. x. ſol. ⁊ tu putes emere ꝓ quinqꝫ ſecus eſt ſi econuerſo. ff. loca ſi decem. Secundo in contractu. vt ſi putē vēdere ⁊ tu putes donari. ff. de re. cre. ⁊ ſi cer. pe. l. eius q. Tercio in corpore: vt ſi putem vendere vnū fundum. ⁊ tu putes emere non illuꝫ ſed alium. ff. e. ī vēditōibꝫ. ſꝫ ſi vēdā tibi Petꝝ cocum cū nō ſit: ⁊ is q eſt vocat Hugo. ſi nomina ſeruoꝝ ſint nota. tūc is debet qui ē noiatꝰ. ſi vo ſint ignota: tūc is videt venditus cui artificiū eſt adiectū. ff. de reb' dubijs. q habebat. Quarto ī materia vt ſi vendat auricalcum ꝓ auro. ff. e. in venditōibus. Pignus non tenet ſi quis obligꝫ es ꝓ auro. ff. de pigno. ⁊ hypo. l. j. Quinto ī ſubſtantiali qualitate. vt ſi vendat acetum ꝓ vino quod ab initio fuit acetum ſecus eſt ſi ab initio fuit vinum ⁊ poſtea coaceuit. vt ibidē. Si etiam in parte erretur in qualitate ſubſtantiali nō tenet ꝓ parte ī qua errat. ff. e. l. q̄d tamē. Tamē error aut qualitas accidentalis non viciat contractū. vt ſi quis emit agꝝ ſterilē queꝫ credit eſſe vberem. xxix. q. j. §. his ita rñdet. Hoc ē verū ſm̄ Io. an. niſi ī tribus caſibus. vnus ē ſi deceptus ē vltra dimidiū iuſti p̄cij. Scōs ē ſi ager peſtiferas herbas haberet. C. de edilitijs actōibus. l. penul. ⁊ tercius ſi dolus cauſam ꝯtractui dediſſet. ff. de dolo. l. eleganter. Sexto ī ſexu vt cum puto vēdere puellam ⁊ tu putes emere puerum. ſꝫ ſi putes emere virginē et eſt corrupta emptō tenet. ff. e. alioquin. §. ꝙ ſi ego. ſed vēditor ſciens eſſe corruptā tenet actione ex empto ad reſoluēdum contractum. ff. de ac. em. ⁊ ven. ex empto. §. ſi quis virginē. Septimo ī eſſentia vt ſi quis vēdat domū que eſt cōbuſta. ⁊ vterqꝫ ignorat hoc. ſi eñ res vendita credat extare cum non extet nulla eſt emptō. ff. e. domū. Sed ſi vēdatur domus pro maiori parte combuſta: tunc aut vterqꝫ. ſcꝫ emptor ⁊ venditor ignorat domum eſſe combuſtam. ⁊ ſic non tenet. ⁊ tenet emptor venditori ad intereſſe. Aut ſolus emptor ſciuit. et tūc venditō tenet. ⁊ tenetur ſoluere precium totuꝫ. Aut vterqꝫ ſciuit eam eſſe combuſtam aut totam aut pro maiori parte. ⁊ tūc nihil eſt actum ⁊ dolus dolo compenſatur. ff. e. domuꝫ. Et ꝙ dicitur nihil actum eſſe intelligitur q̄tum ad partem combuſtam. hoc Accurſius ⁊ Hoſtienſ. Octauo in perſona. Vnde ſi quis eſt pactus ſe venditurum agrum Petro: ⁊ poſtea veni Ticius dicens ſe eſſe Petrum. ⁊ emat agrum ab eo: ille non dicitur vendidiſſe agrū Ticio ſed Petro. xxx. q. j. §. his i reſpondetur. Item in contractuum quidaꝫ ſunt contractus ſtricti iuris. vt mutuum ⁊ tranſactio. quidam bonefidei. In primis ſi dolus det cauſam contractui vel incidat in contractum tenet contractus. ſed actō ex eo eliditur ꝑ exceptionem. ff. de v. obli. l. ſi quis cum aliter. §. j. In contractibus autem ſecundis. ſcꝫ bonefidei aut dolus interuenit aut non. ſi ſic aut ei dat cauſam contractui: aut incidit in contractuꝫ. ſi primo modo aut dolus eſt adhibitus per contrahentes. aut per mediatorem. ſi per contrahentes ſic non tenet contractus. vt ſi dolo te induxi ad vendendam rem quam aliter non vendidiſſes. verbigratia. tu volens emere decretales meas queris a me ſi volo vendere eas. ⁊ reſpondeo ꝙ non. ⁊ tu dices. ſi ſcires illud quod ſcio. ſcilicet aliam compilationem eſſe venturam libenter venderes. ⁊ ideo vendo tibi: non tenet contractus. Si vo dolus ſit adhibitus per mediatorem: ſic tenet contractus. ſed datur actio de dolo contra mediatorem. in ſubſidium tamē co am emptor tenetur ſm̄ Hoſtien. ff. de dolo. l. eleganter. j. pdi tur autem ſalarium quod ei debetur dari iure licito. ff. de proxenet. l. j. Si autem dolus incidit in contractum. puta venditurus eram. ſed propter dolum tuum vendidi pro minori: tenet contractus ſed agitur ad reſiduum complementum. ff. de ac. em. iulianus. §. ſi venditor. Si autem non interuenit dolus. aut ergo contrahens eſt deceptus ī re ipſa ſine alterius dolo. aut non. ſi non tenet contractus. Si ſic. aut eſt deceptus in materia rei. ⁊ ſic non tenet. vt ſi vendatur aurum pro auricalco. Aut in quantitate rei. ſic agitur ad ſupplementum. etiam ſi deceptus ſit circa dimidium rei: niſi fuiſſet depoſitus terminus menſurandi rem illam: et ille qui accepiſſet de quantitate non renunciaſſet: vt ſi vendidi tibi quatuor modios vini ⁊ dixi ꝙ infra decem dies menſurares ⁊ mihi de quantitate renunciares. ſi mihi non renunciaueris ⁊ minus habueris damnum erit tuum. ff. e. qui fundum. Et ſi menſure denunciatio fraudulenter fuit dilata tenetur actione de dolo. hec Ber. ex. eo. cum dilecti. Aut in precio. ⁊ tunc ſm̄ Hoſtien. ſi in parte ſit deceptus non ex propoſito contrahentis. ſiquidem vltra dimidium iuſti precij agit deceptus vt contractus reſcindat. vel iuſtum precium ſuppleatur data optione decipiēdi. C. de reſci. ven. l. ij. Sed ad hoc tamen Ber. dicit ꝙ electō eſt emptoris quando minus dimidio iuſti precij emitur. ex. eo. cum dilecti ⁊. c. cum cauſam. ergo a contrario ſi vltra dimidium iuſti precij vt ſit emptor deceptus. ſic dabitur electio venditori. ſic intelligit Azo. Emit autem ſm̄ Azo. res minus dimidio iuſti precij ſi res valet. x. ſol. ⁊ venditur pro quinqꝫ minus vno denario. ⁊ ſic decipitur venditor. ſi autem valet decem ⁊ emitur pro. xv. ⁊ vno denario deceptō ē vltra dimidium iuſti precij. ⁊ ſic decipitur emptor. Alij dicunt ꝙ tunc eſt deceptō vltra dimidium iuſti precij quando res valens decē emitur ꝓ. xxj. ſed prima ſententia verior eſt ſm̄ Hoſt. ⁊ Ber. Si vo deceptio non excedat vltra dimidium iuſti precij: ⁊ vterqꝫ contrahentium ē maior ⁊ priuatus: toleratur ſm̄ leges. quia licet contrahentibus ſeinuicem decipere naturaliter. id ē bona fide. ſ. ꝙ venditor credat vendere iuſto precio. idem ſi alter ſciat: dummodo nihil dicat ꝙ alter moueat ad emendū ſm̄ Accur. ar. optimi ff. de dolo malo. ꝙ venditor. Minor vo ⁊ eccleſia reſtituerentur ſi grauiter lederentur. ⁊ ſimiliter reſpublica. Hec Hoſt. Quandoqꝫ tamen contractus non tenet ⁊ tamen ex eo agitur. vt ſi quis colludente meo procuratore emerit ab eo paſſiuꝫ agetur ex empto. vel vt emptio maneat in totum: vel vt reſtituatur in totum. ⁊ ſimiliter ſi quis minorem. xxv. annis circumuenerit minori datur actō ex empto vt emptio in totum remaneat vel in totuꝫ deſtruatur. ff. de ac. em. iulianus. §. ſi quis hec Ber. ex. eo. cum dilecti. Nota tñ ſm̄ Guil. ꝙ ſi qs ſcienter emerit rem vltra dimidium iuſti precij non ſuccurrit ei l. vj. de re. iur. ſcienti nō infertur dolus. ar. contra. q: ius non diſtiguit ſi ſciuit vel ignorauit. Nota etiā ꝙ ī contractu debet attendi tempus venditionis. Vnde ſi ſilua que ē vendita pro lx. libris valeret tñ decē tempore venditionis. ⁊ poſtea tpe litis cōteſtate cōmuniter valeret. xxx. venditō reuocaret. extra eo. cū dilecti. ī glo. Sed quid ſi aliquis iurauerit cōtra vē diſſēm non venire. nūquid audietur ſi deceptus vltra dimidium iuſti precij velit agere? Reſpōdet Ber. ex. e. cū cauſaꝫ. ꝙ ſolus ſi ſit maioꝛ nō audietur. ſi vo minoꝛ audiet̃. q꞉ ꝑ iuramētū nō excluditur niſi bñficium quod habet ex etate ⁊ non ius cōmune. vñ iure cōmuni poteſt agere vel ad ſupplendū ꝑciū vel ad reſcindendū contractū: ſed reſtitutōem ī integꝝ petere nō pōt ꝓpter iuramentū. ſi aūt iuraſſet nō repetere rē ex eo ꝙ eſſet deceptus vltra dimidiū iuſti ꝑcij: tunc nulla via audiret̃. hec Ber. Jo. aūt. x. q. ij. §. hoc ius videt̃ ſentire ꝙ non licet contrahentibus ſe decipe. licet hec lex cōcedere videat̃. Pone ꝙ res empta minus dimidio iuſti ꝑcij peat apud emptoꝛē nūquid vēditoꝛ agere poteſt ad ſupplemētū iuſti ꝑcij? Reſpōdet Bar. ī qōnibus ꝙ pōt. q꞉ emptoꝛ tenebatur vel rē reſtituere vel iuſtū ꝑcium ſupplere. vñ cū non poſſit facere vnum tenet̃ ad alterum. Sed quo iure agit̃ ad ſupplendū iuſtū ꝑcium vel reſcindendū cōtractū. dicūt qdā ꝙ officio iudicis. C. de reſcin. ven. l. ij. ⁊ ſm hoc tm̄ aget̃ vſqꝫ a quatuoꝛ ānis. ⁊ vſqꝫ ad illud tēpus competit reſtitutō ī integrū. C. de reſti. ī inte. l. vlt. Alij dicūt ꝙ cōditōne ex. l. ij. C. de reſcin. ven. ⁊ ſm hoc aget̃ vſqꝫ ad. xxx. ānos. q꞉ cū oēs ꝯditōes ſint ꝑſonales ſunt ꝑpetue. Inno. vo credit ꝙ agit̃ ex ꝯtu. ſ. ex vēdito. hoc etiā ex. e. cū cauſa. ī glo. circa fi.

Equit̃ videre de octauo. ſ. de mēſuris ⁊ ponderibus. puta publica auctoritate vel conſuetudine inſtitutis.

Et qui eas cauſa lucri mutauerit peniteat. xxx. diebus in pane ⁊ aqua. extra eo. ca. ij. ⁊ excommunicari poteſt ſi penitentiam agere nolit. xxiiij. q. iij. ſi qs rompetas. Ad pleniorem aūt noticiam huius materie diſtiguit Hoſt. ꝙ ſi falſis mēſuris ⁊ ponderibus mēſurat̃: ⁊ nō fuit dictū quibus menſuris ⁊ ponderibus ſtaret̃: ⁊ emptoꝛ ſciens vł ignoꝛans plus iuſto recipit. ⁊ dominiū ē tranſlatū venditoꝛ repetit quod plꝰ iuſto dedit ꝑ conditionem indebiti. ff. de dolo malo. l. arbitrio iudicis. §. de eo qui ſciens. Si vo dominium non ſit tranſlatum eſt locus rei vendicationi ⁊ actioni furti ⁊ conditioni furtiue. ff. de furtis. ſi quis vxori. §. ſi maioꝛ. ⁊ hoc vbi emptoꝛ ſciens plus iuſto recipit. ſi vo ignoꝛans plus recipit non facit furtū: cum dolo careat. vñ tūc tenet̃ conditōne indebiti gratia poſſeſſionis ⁊ rei vēdite. ⁊ forte actōne ex contractu. exemplū huius ē quando vēditoꝛ dicit. ego trado tibi. ⁊ tamen apparet ꝙ plus iuſto tradidiſſem. dominium tranſferre volo. ſi autē quantum debuit indiſtincte tenet̃ vēditoꝛ actōne ex empto. ff. de dolo malo. l. vt ſ. Et ſic pꝫ quō vnus agit ꝯtra aliū qñ nō ē dictum ꝙ ſtet̃ ponderibus illis. Si eñ hoc dictū ſit ⁊ vterqꝫ illa ſciebat eſſe falſa: neuter agit. Si vo vterqꝫ ignoꝛabat dicūt quidā ꝙ deceptus agē pōt. et male. ff. de heredi. vel act. ven. ꝙ ſi ī vēditōne. Si vo deceptus hoc ſciebat ⁊ alter ignoꝛabat non agit. quia a ſe decipit̃. ff. de rei ven. l. is qui ſe. Sꝫ ſi deceptus ignoꝛabat ⁊ alter ſciebat: tūc agere poteſt. quia ſciens predicere debuit ꝙ erant falſa. ff. ō heredi. vel act. vē. hoc autem. Et ſic in hoc caſu poteſt intelligi ꝙ debet agere penitētiam. xxx. dieꝝ. vt dictū ē ſupra. Hi aūt qui falſas menſuras tenēt vocant̃ ī legibus dardanarij a quodā dicto Dardano. q maximam dabat operam vt annona carioꝛ fieret emendo omnē quā inuenire poterat vt poſtea ſolus vēderet ſicut vellet. ⁊ tales ſm leges penis varijs puniunt̃. aliquādo eñ eis negociatō interdicit̃: aliquādo relegāt̃ ⁊ habilioꝛes ad opus publicū dant̃. ſed ⁊ dñs Adrianus tenentes eas lege cornelia de falſis dixit teneri. ſi fuerant eis vſi. ſi vo nō ſunt inuēti eos habere pñt relegari vel aliter extraoꝛdinarie puniri. ff. de penis. l. ī dardanarios. quō aūt teneant̃ ꝯmodātes falſa pondera. dicet̃. j. ti. de cōmodato.

Equitur videre de nono. ſ. de caſibus ī quibus quis cogitur vendere rē ſuam. Circa quod ſciendū ꝙ nemo regulariter ab initio inuitus diſtrahere vel emere cogit̃. C. e. inuitū. ⁊ l. dudum. Si qs tamē rē exponat venalē ⁊ ꝑcium quo vult vendere ſit iniuſtū: cogi pōt ꝑ iudicē vt tēperet illud. extra eo. ca. j. ⁊ ff. de offi. ꝑfec. vr. l. j. §. cura carnis. Nota tamē ꝙ quis cogit̃ vēdere rē ſuam ī pluribꝰ caſibꝰ. Primo qñ quis hꝫ ſeruū cōmunē cū alijs. tūc eñ poteſt manumittē ſeruum alijs ſocijs inuitis. ita tamen ꝙ det ſerui ꝑcium. ⁊ ita cogunt̃ ei vendere partē quam habent in ſeruo C. de cōmuni ſeruo. manu. l. j. Secundo quando quis habꝫ ſepulchꝛum ⁊ nō habet iter ad ipſum. tunc eñ pretoꝛ coget vicinum ſibi reddere iter in loco oppoꝛtuno vbi non patiat̃ detrimentum. ff. de reli. ſi quis ſepulchꝝ. Tercio qñ quis habet ꝑdium cōmune cū fratre: ſi frater vēdiderit alteri partē ſuā: ille pōt agere cōi iure diuidundo ꝯ emptoꝛē ita ꝙ eſtimabit̃ totꝰ fundus: ⁊ dabit ille ꝑcium emptori ꝑ ſua parte. vel ꝑtē ſuam vēdet. ⁊ hoc ſi ꝑciū nō poſſit cōmode diuidi. alˀs vterqꝫ obtinebit ſuā ꝑtē. C. cōi diui. l. j. Quarto qñ qs domū hꝫ ruinoſaꝫ quā q paupꝑ ē reficere nō pōt. ⁊ ideo vt a damno vicinoꝝ caueat: eaꝫ vendē alteri qui eā reficiat coget̃. aut de publico ei ſoluet̃. ff. ad ſe. con. ſil. l. lege cornelia. §. j. ⁊. l. j. leges. Quinto quādo quis habet ſeruū ꝯtrahētē cū ancilla alterius dñi q eſt ī alia ꝓuintia tunc cogit̃ vnus dominus alteri vēdere ſeruū. Jo. j. q. j. eos. Sexto qñ quis habet rē cōmunē cū alio vendere pōt eā reſtituendo partem precij illi cum quo habet eam communē ꝑ vita. C. cōi diui. ad officiū. Septimo quando qs hꝫ plus iuris ī re. C. de dona. ſancimꝰ. §. ne alˀs. vbi dr̃. ꝙ q hꝫ maioꝛē ſummā ī re donata pōt ⁊ ꝑciū offerre alijs ⁊ rē donatam poſſidere.

Equit̃ vidē de decio. ſ. de negociatōibꝰ ⁊ mercatōibꝰ q ꝯſiſtūt ī emēdo ⁊ vēdēdo. Circa qō plura qrunt̃. ſ. vtꝝ ſit licitū negociari vel mercari. Rñ: ad maioꝛem huiꝰ. q. euidētiā diſtiguēdū ſm Alex. an. iij. ti. ij. c. de iudicialibus. circa. xix. actōꝫ. ar. j. c. ꝙ aliqd dr̄ illicitū multiplr̄. vno mō illud qō ē de ſe malū ex ipa inoꝛdinatōe actus vt ē vſura ⁊ foꝛnicatō ⁊ ſic nō ē illicita negociatō ꝓpꝛie ſumpta. ⁊ ſm hoc dicit Aug. lib. qōnū noui ⁊ ve. te. Foꝛnicari hominibus ſemper nō licet: negociari vo aliquādo licet aliqndo nō. Alio mō dr̄ illicitum quod ē ex aliqua circūſtantia malum. puta ex circumſtantia cauſe. ꝑſone. modi. tēpoꝛis. loci. cōmercij. ⁊ omnibus his modis negociatō pōt fieri licite ⁊ illicite. Ex circumſtantia eñ ꝑſone ē illicita negociatō cū clericus negociatur. vñ Aug. ī eo. li. Aliqs eccl'aſticus quis ſit licet ei negociari. facto aūt iā nō licet. ſ. ſi retinere velit ꝓuilegiū clericale. fit aūt quis eccleſiaſticus. i. ꝑſona eccleſiaſtica ꝑ primā tonſurā. Ex circūſtantia cauſe ē illicita negociatō etiam layco cum ꝓpter cupiditatē: vel aliud malū finē negociat̃. ⁊ ſm hoc Caſſiodoꝛus dicit ſuꝑ illud pſ. Non cognoui lr̄aturam. vbi alia lr̄a dicit negociatōnem. ꝙ negociatoꝛes illi exterminant̃ q ꝑ inoꝛdinataꝫ ambitōem pecunia polluunt̃. Ex circumſtantia modi eſt illicita negociatō qñ exercet̃ cum mendacijs ⁊ piurijs. ⁊ ſm hoc dicit Criſ. ſuꝑ Math. xxj. c. ꝙ mercatoꝛ ꝓijcitur de eccleſia. loquit̃ eñ de illo q cū mendacijs ⁊ piurijs negociat̃. vñ ſtatī ſubdit. mercatoꝛ ſine mendacijs ⁊ piurio eſſe non poteſt. id ē. vix pōt. Ex circūſtantia tꝑis eſt illicita negociatō. cum fit diebus feſtiuis oratōni ⁊ vacatōni diuine deputatis. Ex circumſtantia loci ē illicita. cuꝫ fit in loco diuino cultui deputato. vñ dñs Math. xxj. eiecit ementes ⁊ vēdētes de tēplo. qō exponit̃ diligēter. xvj. q. vij. Ex circūſtātia ꝯmercij ē illicita. cū res carius vendunt̃ tranſeuntibꝰ ꝙ manētibꝰ. vñ dicit ꝯciliū alba. Preſbyteri plebes ſuas moneant vt hoſpitales ſint ⁊ non carius vendant tranſeuntibus ꝙ in mercatu vēdere poſſent. ex. de em. ⁊ ven. placuit. Licita aūt negociatō ē cū exercet̃ a ꝑſona congrua vt layca et cauſa neceſſaria vel pia. vt. ſ. poſſit familie ſue in neceſſarijs ꝓuidere vel opera miſericoꝛdie exercere. Et modo debito. ſ. ſine piurio ⁊ mēdacio. Et tempoꝛe cōpetētī vt in die non feſto. Et ī loco cōceſſo ⁊ tali exercitio ꝓpꝛio Et iuſta eſtimatione rei ⁊ cōmercij ꝓut cōmuniter vendit̃ ī illo loco in quo negociari ꝯtingit. Et ſm hoc dicit canon ex epiſtola Clementis ꝙ negocia mundana ⁊ opera ſecularia ſibiinuicem exhibeant vacantes layci. Sic ergo dicendum eſt ꝙ negociatio ſiue mercatō ſi fit premiſſis circumſtantijs veſtita eſt licita ⁊ etiam a iure naturali approbata. Cum enim ſit vnus pꝛinceps omnium vt ſacra ſcriptura ⁊ ſancti teſtant̃. quod etiam non latuit gentiles vt dicit phus. xij. meth. Unus ergo ē pꝛinceps. cōſtat ꝙ oēs homines ſm rectū dictamen nature debent ſibiinuicē ī ſuis neceſſitatibus ſubuenire inquātū viuūt ſub vno pꝛīcipe. ille aūt pꝛīceps eſt deus. Nūc aūt ita ē ꝙ aliq̄ ꝑtes mundi abundāt ī aliqbus vtilitatibꝰ ad vſuꝫ humanū ī quibus aliq̄ terre deficiunt. ⁊ ideo rectū iudicium rōis naturalis dictat ꝙ terra illa que abundat in vna re humano vſui apta ſubueniat de illa alij terre que deficit ī ipa. ſed quia ſm phm. v. ethycoꝝ. difficile erat portare rem ꝓ re quotienſcunqꝫ homines indigent maxime ꝓpter longa ſpacia terrarũ ⁊ ꝑicula viarum. ideo inuẽta ẽ cõmunis menſura venalium ⁊ hec eſt nummiſma. Utrum mercationes poſſint ſimul eẽ iuſte ⁊ lucratiue? Reſpõdeo vt dictũ ẽ ſupra. rectũ iudiciũ ratiõis naturalis dictat ꝙ terra illa que abundat re hũano vſui apta: de illa ſubueniat alij terre que deficit in ipa. Conſtat autem ꝙ in terra que abundat ĩ blado minus reputari debꝫ bladum ꝙ̃ in terra que deficit in blado. ⁊ ſimiliter dico de vino ⁊ alijs rebus vite neceſſarijs. cum ergo terra que deficit in blado ⁊ abundat in vino recipit ſextariũ bladi ⁊ miniſtrat doliũ vini in illa terra. ⁊ illi terre que deficit in vino ⁊ abũdat ĩ blado fit mercatõ ſm rectum rationis iudicium. ⁊ tunc dat vnus quantum recipit alius. ⁊ ſic eſt mercatõ iuſta. ⁊ tamen eſt etiam lucratiua. dimidius enĩ modius bladi valet hic quinqꝫ libras. ⁊ in illa terra vbi deficit bladum valet octo libras. ⁊ doliũ vini valet ĩ illa ťra. v. libras. ⁊ hic. viij. libras. ſi ĝ ego accipio. v. libras. quod ẽ hic ꝑciũ dimidij modij bladi. ⁊ do alicui de terra illa ꝓ dolio vini ⁊ facio illõ huc deferri ⁊ vendo ꝓ octo libris quantũ hic valet. remanebunt forte mihi d lucro deductis expenſis vecture. xxx. ſolidi. ⁊ ſic vendo dolium vini quantum valet in illa terra ⁊ vendo etiam hocipm̃ quantum hic valet. feci mercaturam iuſtam ⁊ nihilominus lucratiuam

Sed forte dicet aliquis ꝙ tunc nõ poſſit eẽ iuſta mercatio qua homo mercatur cũ ſuo vicino ĩ eadẽ villa. Rñ. ꝙ vnus indiget blado ⁊ ſupabũdat in vino ⁊ alius econuerſo. et tunc ſi vendat menſuram vini ⁊ de pecunia inde recepta emat mẽſuram bladi lucratur. q꞉ ꝓ re ſupabundante ⁊ nõ neceſſaria ipe acquirit rẽ neceſſariam ſibi. ⁊ hoc ẽ lucꝝ licet ille res ex ꝑte ſua ſint equiualentes. Et ſimiliter dicẽdum ẽ de illo qui deficit in vino ⁊ ſupabundat in blado. ꝙ predicto modo faciendo lucratur. ⁊ ſic vnus vicinus cum alio iuſte lucratꝰ mercando. Preterea forte ille qui vinum emit defert illud ad terraꝫ q̃ in blado deficit ⁊ lucrabiť vterqꝫ. ille de blado quod emit magis ꝙ̃ fuiſſet lucratus de vino quod vendidit. q꞉ forte cõmodius ire poteſt ad terrã deficientẽ in blado ꝙ̃ ad terram deficientem in vino. ⁊ forte melius ſcit vẽdere bladũ ꝙ̃ vinũ. aliꝰ autem econuerſo. ⁊ ſic vterqꝫ ẽ lucratus ꝓpter contractũ licitum cũ vicino ſuo. Poſſent etiã poni aliqui alij modi mercationum lucratiuaꝝ ſeruata equitate iuris naturalis de quibus dicitur infra tiꝰ de vſura. ar. vj. hec Richar. q̃libꝫ. ij. q. xxiij. c. ar. j. Breuiter aũt ſm Scotũ. iiij. diſ. xv. q. ij. ar. ij. circa ꝯmutatõem negociatiuaꝫ ſunt duo attendenda ad hoc ꝙ ſit iuſta. Unũ ẽ ꝙ talis cõmutatio ſit vtilis reipublice. puta q꞉ vtile eſt reipublice habere aliquos conſeruatores rerum venalium vbi prompte poſſint inueniri ab indigẽtibus eas emẽ volentibus. Utile etiam ẽ reipublice habere aliquos deferentes ad patriam aliquã illa neceſſaria quibus nõ abundat illa patria. Et ex hoc habeť ꝙ ille qui talia conſeruat ⁊ ad patriam aliquam in talibus deficientẽ apportat actu vtili reipublice ſeruit. Secundũ ẽ ꝙ quilibꝫ ſeruiẽs reipublice de honeſto ⁊ vtili opere: ꝑciũ ſuo labori ſolicitudini iduſtrie ⁊ ꝑiculis correſpõdens digne ⁊ iuſte poteſt accipe. Et ex his patꝫ quomodo ſunt vituperabiles mercatores illi qui res venales nec transferunt nec conſeruant nec ſua induſtria meliorant: nec certificať aliquis alius ſimplex de valore rei emende. ſed modo emunt vt ſtatim vendant. ſine omnibus conditõibus iſtis tales a republica eſſent exterminandi vel exulendi. q꞉ faciũt quodlibꝫ venale vel vſuale carius emẽti ⁊ vilius vendẽti ꝙ̃ eſſe deberet. hec Scotus ibidem. Si quis autem forte velit inculpare negociatores propter mendacia ⁊ ꝑiuria que dicunť ibi. Reſpondet Auguſtinus ſup illud pſ. Qm̃ non cognoui lr̃aturaꝫ ⁊c. loquẽs ĩ ꝑſona negociatoris ſic. Ego mẽtior. nõ negociũ. poſſem enĩ dicere ſine mẽdacio tanto emi. tanto vendaꝫ. ſi placet eme. oĩs artifices mẽtiunť. ſutores. agricole. ⁊ alij. ſi ergo ꝓpter mendacia ſutoꝝ vel agricolaꝝ non ẽ in culpa ars ſutoria vel agricultura. ergo negociatio culpari non debet propter negociatorum mendacia. Si quis etiam culpare velit negociatores propter cupiditateꝫ acquirendi. quia negociatores optãt tempus carum. vt annonam quam ſeruauerunt carius vendere poſſint. Reſpondet Auguſtinus ibidem. hoc non faciunt boni negociatores ſicut nec boni agricole. hec enĩ ſunt peccata hominũ non rerum nec negociatõ facit me malũ ſꝫ iniquitas mea ⁊ mẽdacium meum. Utꝝ aliqs poſſit vẽdere licite rem plus ꝙ̃ valet. vel minus emere ꝙ̃ valet? Rñ. ꝙ non ſi faciat hoc fraudem adhibẽdo. ſi vo non adhibeat fraudem tunc diſtinguo. quia de emptione ⁊ venditione contingit loqui dupliciter. vno modo ſcõm ſe. ⁊ ſm hoc emptio ⁊ vendicio videtur introducta eſſe pro communi vtilitate vtriuſqꝫ. dum ſcꝫ vnus indiget re alterius. ⁊ econuerſo. vt patet ꝑ philoſophuꝫ. j. poliť. quod autẽ pro cõmuni vtilitatẽ eſt inductũ nõ debet magis eẽ in grauamen vnius ꝙ̃ alterius. ⁊ ideo debet ſm equitateꝫ iuſticie contractus inter eos interuenire. quantitas autem rerum que veniunt in hominis vſum menſuratur ſm ꝑciũ datum ad quod inuẽtuꝫ ẽ nummiſma ſm phm. v. eth. ⁊ iõ ſi ꝑcium quantitatẽ valoris rei vel ecõuerſo res excedat ꝑciũ: tolletur equalitas iuſticie. ⁊ ideo carius vendẽ aut vilius emere rẽ ꝙ̃ valet eſt ſm ſe iniuſtum ⁊ illicitum. Alio modo poſſumus loqui de emptione ⁊ venditione ſm ꝙ ꝑ accidens cedit ĩ vtilitatem vnius ⁊ detrimentum alterius. vt cũ aliquis multum indiget re aliqua. ⁊ alius leditur ſi careat illa. ⁊ tunc iuſtum precium erit ſi attẽdatur non tm̃ ad rem que venditur ſꝫ etiam ad dampnum quod venditor inde patitur. Et ſic licet aliquid vendere plus ꝙ̃ valet ſm ſe. licet non vendať plus ꝙ̃ valet habenti. ſi vo aliquis iuuať multũ ex re alterius quã emit. ille vo qui vendit non dampnificeť carẽdo nõ decet eum ſupuẽdere. q꞉ vtilitas que accreſcit nõ ẽ ex vẽdẽte ſꝫ ex emẽtis cõditõe. Nullus aũt vẽdere debet qđ nõ ẽ ſuũ. licꝫ enĩ vendere poſſit dampnũ quod inde patiť. ille tñ q ex re alterius accepta multũ iuuať ſponte poteſt vendẽti aliquid ſupererogare quod ad eiꝰ ꝑtinet honeſtatem. hec Tho. ſcđa ſcđe. q. lxxvij. ar. j. c. Et Scotus. iiij. di. xv. q. ij. ar. ij. Nõ etiã ꝙ. x. q. ij hoc ius. dicit glo. ꝙ ſi ĩ venditõe offeratur plus ꝙ̃ res valeat etiam recipe non debet niſi iuſtũ ꝑciũ. q꞉ iuſtus contractꝰ non debet facere dolũ. extra. de dona. ꝑ tuas. Utrum liceat alicui negociando carius aliquid vendere ꝙ̃ emit? Rñ. negociari eſt cõmutatõnibus reꝝ inſiſtere. cõmutatõ vo reꝝ eſt duplex vt dicit phus. j. poliť. vna eſt q̃ ꝑtinet ad yconomicos vel politicos habentes curam de rebus neceſſarijs ad vitam domui vel ciuitati vel etiam ꝓuintie. ⁊ hec ẽ laudabilis. quia deſeruit naturali neceſſitati. Alia eſt que fit ꝓpter lucrũ querendum. ⁊ hec vituꝑabilis. q꞉ quãtũ ẽ de ſe ſeruit cupiditati lucri. lucꝝ tñ quod ẽ talis negociatõnis finis ordinari põt ad aliquẽ finem neceſſarium vel etiam honeſtũ. ⁊ ſic negociatõ licita videreť. vt cum quis lucrum moderatũ quod negociãdo querit ordinat ad ſue domus ſuſtentatõem vel etiam pauperum ſubuentõem. vel etiam cum quis intendit negociatõni ꝓpter publicam vtilitatem. ne. ſ. neceſſaria ad vitaꝫ patrie deſint. ⁊ lucꝝ cõſtituit nõ quaſi finem ſed q̃ꝫ laboris ſtipẽdiũ. Si quis etiã aliquid ꝓ ſe emat: ⁊ poſtea ꝓpter aliquã cauſaꝫ illud vẽdat: licite poteſt illud carius vendere. vel q꞉ illud meliorauit: aut quia precium rei eſt mutatũ ſm diuerſitatẽ loci vel temporis: vel ꝓpter periculum cui ſe exponit ⁊ laborem quem habꝫ: vt in transferendo rẽ de loco ad locũ. Sꝫ obijcitur. q꞉ Chryſ. ſup Math. xxj. ca. dicit. Quicũqꝫ rẽ cõparat vt integrã ⁊ immutatã vẽdẽdo lucreť: ille ẽ mercator q de templo dei eijciť. ꝫ ⁊c. Rñdet Alex. in. iij. tꝰ. ij. c. de legibꝰ. circa xix. actõnũ. ar. j. ca. ij. ꝙ faciẽda ẽ vis ĩ hoc ꝙ dicit rem integram ⁊ immutatã: ⁊ ĩ hoc ꝙ dicit. vt lucreť. Loquiť enĩ de illo negociatore qui in negociando intendit lucꝝ tanꝙ̃ finẽ vltimũ ⁊ cupit ſine labore ⁊ ſolicitudine ex auaricia diuitias ꝯgregare. vnde predictũ verbum nõ habet locũ in eo qui negociatur ꝓpter ꝓpriam neceſſitatem vł reipublice vtilitatem vel proximi pietatem. nec etiam in eo qui vendit rẽ immutatam ꝙ̃tum ad ſubſtantiam: mutatam tamen ꝙ̃tum ad locuꝫ quia talis ratõne laboris ⁊ ꝑiculi licite poteſt querere mercedem. Nec etiam in eo qui in emendo ꝯſiderat empte rei ꝑiculum ĩ ſeruando. quia põt deteriorari vel cremari vel furto perdi. talis enim poteſt mercedem q̃rere rõne incertitudinis euentus futuri ⁊ ſuſpitõnis ꝑiculi. vnde in emendo non eſt certus vt integram ⁊ immutatam vendendo lucreť. Obijciť iterum q꞉ ſuper illud pſ. Qm̃ nõ cognoui lr̃a. ⁊c. dicit Caſſiodorus. ꝙ negociatõ eſt compare vilius ⁊ diſtrahere carius quod Chriſtus reprobauit dum hoc facientes d templo eiecit ſententia eius eſt ibi. Reſpondet ad hec Alex. an. vbi ſ. ꝙ intelligit de his diuitibus cupidis qui ſibi totũ forum rer venalium accipiunt: vt poſtea ad libitũ ſuum cari⁹ alijs vendant ꝙ̃ i foro venderenẗ. ⁊ hoc faciunt de frumẽto ⁊ alijs rebus hũane vite neceſſarijs. tales enĩ ſunt deo abhominabiles. ⁊ exemplo Xp̃i eſſent ab eccleſia eijciendi. Predictis omĩbus cõſonat Tho. vbi ſ. Ad hoc nota ſm̃ Ray. ꝙ illi q̃ tempore meſſiuz bladũ: vel tẽpore vindemie vinũ emunt vilius vt vendant carius ꝯmittunt peccatũ ⁊ turpe lucr̃. ⁊ hoc intelligiẗ vt ip̃e poſtea dicit de illis qui faciunt hec nulla p̃ſãta neceſſitate vel vtilitate ſed ex ſola cupiditate. grauius aũt peccant hoc faciendo clerici ꝙ̃ layci. ar. xiiij. q. iiij. quicunqꝫ tempore. et bñ conſonat ſupradictis Inno. ⁊ Hoſt. ex̃. ne cle. vel mona. c. j. Et addit Ray. neutros. ſ. nec clericos nec laycos dico teneri ad reſtitutionem certe pſone: ſed debet tale lucrum in vſus pauperũ erogari. ⁊ idẽ ſentit Goff. n⁹ de vſuris. hoc aũt intelligit Roð. ð conſilio non de neceſſitate.

Equit vidẽ de vndecio. ſ. de q̃buſdã caſib⁹ dubitabilib⁹ circa emptiõez ⁊ vẽditõz. ſ. vtrũ liceat alicui emẽ ad vitã ſuã vel hẽditarie. i. ꝓ ſe ⁊ heredibus ſuis certaz quantitatem pecunie annuatim ſibi reddendã? Rñ. qdam dicunt ꝙ talis contractus eſt illicitus. q: pecunia ẽ ad hoc inuẽta vt ſit medium ⁊ preciũ ⁊ menſura in emptione ⁊ venditione. non autem ad hoc vt emaẗ ⁊ vendatur: ⁊ ideo in tali emptione eſt vſus pecunie ad illud ad quod non eſt inſtituta. Sz ſi quis vtiẗ aliqua re ad illud ad quod non eſt inſtituta: abutiẗ ea. ergo in tali emptione eſt abuſus. ⁊ ſic ex ſua forma eſt contractus illicitus ſiue fiat hereditarie ſiue ad vitam p̃pue cũ talis contractus non videaẗ poſſe reduci niſi ad contractũ mutui recipiendi nomine emptionis. In contractu autez mutui accipere vltra ſortem eſt vſura. Unde in euangelio. Mutuum date nihil inde ſperantes Luc. vj. Que etiaz auctoritas recitaẗ ex̃. de vſur. conſuluit. Alij vo dicunt ꝙ non eſt ibi contractus mutui ſed emptiõis ⁊ vẽditõis. neqꝫ eſt ibi cõtract⁹ illicit⁹ ex ſua forma. q2 ibi nõ emiẗ pecunia ſꝫ ius percipiendi talem quantitatez pecunie annuatim ſup bonis ipſius vendẽtis. tale autem ius non eſt pecunia: ſed cum iure iſto qð vendi põt tranſit pecunia que non põt emi neqꝫ vendi. ſicut videmus ꝙ iuſpatronatus directe non poteſt emi nec vendi. et tamen tranſit in fundo predij vel ville que emitur. licet alia de cauſa non poſſit vendi iuſpatronatus. q2. ſ. eſt annexũ ſpũali ⁊ alia de cauſa pecunia vt patet ex predictis vnde homo poteſt licite ꝓ centum libris emere vnũ p̃diũ ⁊ ipſum poſſet dare alicui hereditarie vel ad vitam ſuam ſub tali pacto. ſ. ꝙ ipſe ⁊ heredes ſui obligarenẗ imppetuũ vel ad vitam eius ad reddendum ei vel heredibus eius certã pecunie ſummã annuatĩ mediante emptione ⁊ venditõne p̃dij ipſius. ergo cũz ĩ conſpectu dei non differat hoc facere mediate vel immediate: videẗ ꝙ licite poſſit q̃s emere ius ꝑcipiẽdi quolibet anno ſiue hereditarie ſiue ad vitam: ꝓ certa quantitate pecunie. contractus ergo talꝭ non eſt illicitus ex ſua forma. Non eſt tamen contractus talꝭ ita honeſtus et ita decens ſicut eſt contractus predialis. eo ꝙ non clare videẗ quid eſt quod emiẗ ĩ hoc contractu ſicut ĩ contractu prediali. quia etiam in fructibus prediorũz impedimẽta multa poſſunt accidere: ⁊ oportet multam ſolicitudinem et laborem apponere: ideo in contractu prediali põt equalitas clarius apparere ꝙ̃ in contractu in quo emiẗ ius ꝑcipiendi quolibet anno ſiue hereditarie ſiue ad vitã certam pecunie ſummã. Põt etiam ille contractus male fieri ex parte emẽtis vel ex parte vendentis. puta quando nõ ſeruaẗ equalitas iuris naturalis inter ementẽ ⁊ vendẽtẽ. de quo vide. ĩ. n⁹ de vſu. ar. v. q. vj. ⁊ vij. Si dicaẗ ꝙ intẽtõ recipiendi vltra ſortẽ facit vſurã. ex̃. de vſu. conſuluit. ſꝫ in contractibus p̃dictis emens intẽdit recipere vltra ſortem. ergo ibi ẽ vſura. Rñ. ꝙ p̃ma ꝓpoſitio eſt vera in contractibus mutui. ĩ ſupradictis autem contractibus non ẽ mutuum ſed emptõ ⁊ vẽditio. Hec Rich. q̃libꝫ. ij q. xxiij. ar. iiij. Sed dubitaẗ ſuper predictis. dictum enim ẽ ꝙ quando in emptione eſt notabilis exceſſus precij ſuper rem emptam vel rei empte ſuper precium. ita ꝙ clarũ eſt ibi ementem vel vendentem notabiliter ledi per comparationem ad rẽ emptam contractus eſt illicitus. ſed quando emitur hereditarie vel predium vel ius percipiendi certam quantitatem pecunie quolibet anno eſt notabilis exceſſus rei empte ſuper preciũ. quia valor fructuum quos percipit emens ⁊ eius ſucceſſores incomparabiliter excedit precium ab ipſo emente datum. ergo talis contractus eſt illicitus. Reſpondeo ius naturale dictat ꝙ homo id quod emit magis diligat ſibi ꝙ̃ filio: ⁊ magis filio ꝙ̃ nepoti: ⁊ magis nepoti ꝙ̃ pronepoti. vnde nullum ius naturale nec etiam poſitiuum dictat ꝙ emens iſtam rem hereditarie tantum pro ea teneatur dare quantum probabile eſt ꝙ ipſe ⁊ eius ſucceſſores debeant inde percipere. quia ſicut illud quod emitur hereditarie non poſſet bene cadere ſb̃ eſtimatione. ſed conſiderando quantum ipſe emens diligere deberet rem quam ipſe emit pro ſe ⁊ heredibus ſuis vſqꝫ ad aliquem gradum determinatum. ⁊ ſimul etiam penſando q̃ntum precium quod emens dat eſſe poteſt vtile vendenti ⁊ heredibus ſuis vſqꝫ ad aliquem gradum determinatum: debet emens proporcionare precium rei empte. ⁊ ſic contractus eſt licitus. quia res emitur quantum valet. vel ſaltem non apparet ibi aliquis notabilis exceſſus. Hec Richardus vbi ſupra articulo ſeptimo. Sed pone ꝙ mulier viginti quinqꝫ annorum redditus ad vitam emat pro precio tali ꝙ infra octo annos recipiat ſortem. nunquid talis contractus eſt licit⁹? Reſpondeo ꝙ non. talis enim mulier licet mori poſſet infra octo annos: tamen clarum eſt ⁊ probabilius ꝙ viuere debeat ĩ duplo. quia hoc frequentius accidit. ꝙ autem mulier. xxv. annorum ſana infra octo annos moriaẗ raro accidit. ⁊ ſic eſt clarũ in tali contractu ꝙ emens ꝓbabiliter habet notabiliter partez meliorem. ⁊ ideo ſaluo meliori iudicio credo ꝙ talis contract⁹ ẽ illicitus. niſi mulier illa eſſet infirmitatibus grauata: velꝭ tot periculis expoſita ꝙ non clare videreẗ quod horum eſſet ꝓbabilibus. ſ. an ipſaz viuere ꝑ tantum tempus ꝙ vendens notabiliter lederetur ſm̃ exigentiam rei vendite. aut eam mori infra octo annos. vel niſi aliquod ꝓbabile ꝑiculum eſſꝫ de impedimento ſolutõis rei empte. tantũ enĩ ꝑiculum poſſꝫ eſſe de impedimento ſupueniente rei empte ꝙ dubitatõ poſſidendi rem emptã pacifice contractũ ad equalitatẽ poſſꝫ reducere. hec Richar. quolibꝫ. ij. q. xxiij. ar. vij. Utrum poſſint emi redditus ꝑcipiendi vel ius ꝑcipiendi redditus. puta molendini vel pedagij ꝓ minori precio. quia ſtatim. ſ. ſoluiẗ ꝙ̃ dareẗ ſi ſolutio ſingulis annis expectareẗ. Rñ. ꝙ ſic dummodo detur preciũ iuſtum. ſcꝫ vt tantum detur quantum res valet tempore contractus. in iuſta enim eſtimatione non attenditur tẽpus ſequens ſꝫ tp̃s p̃ñs. ſ. quo fit contractus. vnde res que venditur non debet eſtimari quantum eſt valitura toto tp̃e ꝯtract⁹. ⁊ ideo emẽs licite plus recipit tempore ſequenti ꝙ̃ dederit. q2 totũz illud quod percipit eſt de ſorte ex quo vendit ⁊ iuſte emit.

Equitur videre de ſexto. ſcꝫ de ſubſtitutione compēdioſa. hec autem aliquando fit a milite. aliquando a pagano. i. non milite. milites de quibus loquit̄ lex noſtro tempore non habemus. Et ideo ꝑtermiſſa illa ꝗ fit a milite dicendū eſt de illa que fit a pagano. Huius aūt ſubſtitutōnis forma ē hec. A. filiū meū heredē mihi inſtituo. ſi tamen quādocūqꝫ deceſſerit p. ſit heres meꝰ. ff. e. verbis. Hoc tamen precognito. ſ. ꝙ compēdioſa fieri non poteſt a pagano niſi filio pupillo in poteſtate exiſtenti ſicut nec pupillaris. ⁊ hec compēdioſa continet i ſe pupillarem expreſſam. quia habet eundem effectum. Et dr̄ compendioſa quia ſub cōpendio huius aduerbij quandocunqꝫ continet pupillarem que al's fit prolixioribus verbis. Et licet hoc aduerbium quandocunqꝫ ſc̄m ſignificationē ꝓpriam ſe extendat ad omne tps̄. reſtringit̄ tn̄ hic ad tempus pupillare virtute hoꝝ verboꝝ. p. ſit heres. qꝛ ꝑ huiuſmōi verba directa videor voluiſſe filio meo infra tempus pupillare ꝓuidere de herede. quod infra tempus aliud facere mihi nō licet. Inſti. de pupil. ſubſti. §. quo caſu. Licet aūt ꝑdicta ſubſtitutō ex ſui natura ſimpliciter ſit directa. al's tamen in ea poſſet addi vel mutari quod eam ad naturam ⁊ ius fideicōmiſſarie deduceret. hoc aūt fieri pōt ſub quatuor formis. Prima eſt talis. ⁊ ſi dictus. a. filius meꝰ vel frater quandocunqꝫ deceſſerit. p. ſubſtituo. hoc em̄ verbuꝫ ſbſtituo trahit hanc ſubſtitutōem corporaliter ad fideicōmiſſuꝫ. C. de impu. ⁊ alijs ſubſti. precibus. Et hoc aduerbiū quandocunqꝫ reſpicit omne tempus. ff. de re. du. quotiens. Et ido quocūqꝫ tempore. a. moriatur videt̄ virtute huius verbi ſbſtituo rogatus eſſe a teſtatore ꝑ fideicōmiſſum poſt mortē ſuam ſubſtituto reddere hereditatē ⁊ bona teſtatoris. Vn̄ quocunqꝫ tp̄e. a. moriat̄ mater ⁊ quicunqꝫ ſucceſſores eiꝰ adibūt ipſaꝫ hēditatē ⁊ aditā ſubſtituto reſtituēt ex iure fideicōmiſſi. Inſti. de fideicōmiſ. he. §. ſed qꝛ ſtipulatōes. Defalcabūt autem ⁊ retinebunt primo ipſius. a. legitimam. ſ. terciā partē totius hereditatis. ſi ipſe. a. erat de liberis teſtatoris ad ꝗs legitima ſpectat. in hac em̄ teſtator eū grauare non potuit. C. de inoffi. teſta. qm̄ nouella. de relictis vo duabꝫ partibꝫ defalcabunt trebellianicā. i. quartam. ⁊ ſic habebūt mediam hereditatem. alteram vo medietatem reſtituent ſubſtituto ex iure fideicommiſſi. Retinebunt etiam ſibi omnia bona ipſius. a. quia teſtator de ſuis tm̄ bonis rogaſſe intelligitur. non heredis. Si vo. a. non erat de liberis defalcabunt tm̄ trebellianicam ⁊ habebūt etiam alia bona que ipſe. a. aliunde queſiuit. Hec enim ſubſtitutio quia fideicommiſſi ius habet fieri pōt cuicunqꝫ heredi ⁊ a quocunqꝫ teſtatore. Inſti. de fideicōmiſ. he. §. i pmis. ⁊. §. ſe. Attēdas aūt diligēter ꝙ licet i dicta forma dicatur ſimpliciter: quicunqꝫ deceſſerit. ⁊ nō addat̄ ſiue liberis. ſi tamen. a. erat de liberis teſtatoris. hec clauſula. ſ. ſine liberis tacite ſubintelligitur. q2 regula eſt ꝙ quicunqꝫ teſtator rogat aliquẽ de liberis ſuis hereditatẽ alteri reſtituere poſt mortẽ ſuam. hec condicõ ineſt tacite. ſ. ſi deceſſerit ſine liberis quia non eſt veriſimile ꝙ velim meam hereditatẽ excluſa ꝓle filij mei ad alium peruenire. Sꝫ in extraneo herede ſic rogato non ineſt condicio talis niſi addatur expreſſe. C. de inſti. ſub condicõe factis gñaliter. §. vlt. Secũda forma ẽ tal'. A. mihi heredem inſtituo. ſed ſi dictus. a. quandocunqꝫ ſine liberis deceſſerit p. ſit heres. ⁊ hec eſt totaliter fideicommiſſaria. q2 licet hec verba. p. ſit heres. directa videant̃. tamen per iſtam addicionem. ſ. ſine liberis trahunt̃ ad fideicõmiſſuꝫ. vt ꝓbat̃. ff. ad trebel. l. ſceuola. q2 illa addicõ ſit intuitu ꝙ in quacunqꝫ etate decedat ſine liberis videtur rogatus eſſe per fideicommiſſum hereditatem reſtituere poſt mortem. ⁊ ideo quocunqꝫ tpe ſine liberis moriat̃ mater ⁊ quicunqꝫ ſucceſſores eius hereditatẽ reſtituent ſubſtituto deducta ſupdicta. ff. de vul. ⁊ pu. ſub. l. coheredi. §. cum filie. Tercia forma eſt talis. A. mihi heredeꝫ inſtituo. ſed ſi dictus. a. quãcunqꝫ deceſſerit ſine liberis. p. ſubſtituo. Et hec etiaꝫ omni tpe eſt fideicõmiſſaria. ⁊ idem ius ⁊ eundẽ effectũ habet ꝑ omnia quod ⁊ quem habent alie due ꝓcedẽtes. tum ratõe huius verbi ſubſtituo. tuꝫ rõne huius adiectõis. ſ. ſine liberis. Et quecũqꝫ dicta ſunt ĩ illis duabus de iſta tercia intelligi debent. Quarta forma eſt tal'. ſ. A. filiũ meũ mihi heredẽ inſtituo. ſi tamẽ filius meus deceſſerit ĩ pupillari etate vel quãcunqꝫ poſtea ſine liberis. p. ſubſtituo. ſub hac forma ꝯphendunt̃ tres ſubſtitutiõẽs. vna pupillaris expreſſa. ꝑ hoc ꝙ dĩ ſi deceſſerit ĩ pupillari etate. ⁊ ex hac reſultat tacita vulgaris. que ſub pupillari expſſa continetur. vt habitum eſt ſupra. ff. de pupil. ſubſti. nã hoc iure Tercia fideicõmiſſaria ꝑ hoc ꝙ dĩ. vel poſtea quandocunqꝫ ſine liberis. ⁊ omnes ille tres ſubſtitutiones habent ſuos effectus de quibus habituꝫ eſt ſupᷓ. Et nota ꝙ hec quarta forma fieri nõ põt niſi filiofamilias pupillo ꝓpter pupillarem expreſſam que continet̃ ĩ ea vt dictum ẽ. ⁊ ſi dictator teſtamenti voluerit ꝙ iſte tres ſubſtitutiões clarius ex ꝑdicta forma ꝯſurgant dicet̃ ſic. p. pupillariter vulgariter ⁊ ꝑ fideicõmiſſuꝫ ſubſtituo. Inſuper nota ꝙ ſi teſtator habuerit filium impubereꝫ cui non tm̃ in pupillari etate ſed etiam abinde ſubſtituere heredem voluerit. licet quarta forma ꝑmiſſa ſufficere videatur bonũ tamẽ ẽ conſiliũ ꝙ quãlibet ſubſtitutiõnem ꝑ ſe faciat. ⁊ ꝑmo pupillarem ſic. a. filium meũ mihi heredẽ inſtituo. ſi tñ dictus. a. filius meus mihi heres fuerit ⁊ ĩ pupillari etate deceſſerit. p. ſit heres. vel ſic. fratres eius ſupſtites ſint heredes vel ſic. fratres eius ſupſtites ⁊ ꝑmortuoꝝ fratrum eius liberi in ſtirpes ⁊ non in capita ſint heredes. poſtea faciat fideicõmiſſariam ſic. Si vo dictus. a. fratres puberes poſtea quandocunqꝫ deceſſerit ſine liberis. vel ſic. infra. xx. ãnũ vel aliud tale tempus etatis ſue deceſſerit ſine liberis ꝑ fideicõmiſſum ei ſubſtituo. p. vel ꝑ fideicõmiſſum ei ſubſtituo fratres eius ſupſtites: ⁊ ꝑmortuoꝝ fratrum eius liberos ĩ ſtirpes ⁊ nõ in capita. Et quod dĩ de liberis premortuoꝝ fratrum in vtraqꝫ ſubſtitutiõne poni debet ſi teſtator extendere velit vſqꝫ ad liberos fratrum. ſubſtitutiõ eñ non extenditur vltra illos quos teſtator exprimit. vnde ſi inſtitutis tribus vel pluribus addatur ſic. ⁊ ſi aliquis eoꝝ deceſſerit ſine liberis ſubſtituo ſupſtites. certe ſi decedat vnus illoꝝ relicto filio. deinde moriat̃ alius ſine liberis: filius eius q̃ primo deceſſerit nõ admittit̃ cuꝫ patruis ſiue ſine patruis ad fideicõmiſſariam hereditatem illius filij mei qui ſine liberis deceſſerit. q2 nõ extitit ꝯditõ ſubſtitutiõnis ĩ ꝑſona patris eius. Illos eñ tm̃ ego teſtator ſubſtitui q̃ ſupuiuerẽt illi qui deceſſerat ſine liberis. C. de fideicõmiſſis. l. ſi ĩ ꝑſonam.

Sequit̃ videre de ſeptimo. ſ. de ſubſtitutiõne breuiloq̃ vel reciproca. Circa qđ ſciendum ꝙ teſtator habens duos filios vel plures impuberes ĩ ſua poteſtate ſubſtitutiõẽ hãc facẽ põt hoc mõ. A. ⁊. b. filios meos impuberes mihi heredes inſtituo: ⁊ eos inuicẽ ſubſtituo. Et dĩ hec ſubſtitutiõ breuiloqua. q2 in breui continet quatuor ſubſtitutiões ſcꝫ duas pupillares expreſſas. ⁊ duas vulgares expſſas. vide ſi. a. fuerit heres ⁊ in pupillari etate deceſſerit. b. ſuperuiuẽs heres erit de iure directo: ⁊ econuerſo. ⁊ in vtroqꝫ excludunt̃ mater ⁊ ceteri venientes ab inteſtato ꝑ effectuꝫ pupillaris expreſſe. ⁊ ſic ſunt ibi due expreſſe pupillares. vna vnius illoꝝ. ⁊ altera alterius. quaꝝ vtraqꝫ ẽ expſſa quo ad effectũ: licet nõ quo ad verba. Cõſurgunt etiã ex eiſdem verbis due vulgares. q2 ſi vnus illorum nõ fuerit heres quia nolit vel nõ poſſit: alter nõ ẽ in ſolidũ heres. Dĩ etiam hec ſubſtitutiõ reciproca. q2 fit ibi reciprocatiõ vnius ad alteꝝ. Nõ poteſt autẽ ſubſtitutiõ fieri niſi iſti tum ſint filij pupilli ĩ poteſtate teſtatoris. al's nõ eẽt ſubſtitutiõ breuiloq̃ ſꝫ tacita vulgaris. vt ꝓꝫ ꝑ ſupradicta ar. de ſubſtitutiõe vulgari. Et attẽdẽdũ ꝙ licet ĩ hac ſubſtitutiõe ponat̃ hoc verbũ ſubſtituo: nõ tñ ꝯuertit eã ad fideicõmiſſariã. In quãcũqꝫ eñ ſubſtitutiõe ponat̃: nature illi' ſubſtitutiõis ſe coaptat ⁊ eã in directo iure ꝯſeruat: excepta ſola ꝯpẽdioſa ĩ q̃ ſi ponat̃ ſtatim eã ad fideicõmiſſariam conuertit. vt dictũ ẽ. ſ. ĩ ar. ꝓcedẽti.

## Qui teſtari poſſunt. Titulus. xxvij.

Poſtq̃ habituꝫ ẽ de legatis ⁊ heredum inſtitutionibus ⁊ ſubſtitutionibus que habent fieri in teſtamentis: conſequenter dicendum eſt de ipſis teſtamentis. primo autem videndum eſt qui poſſunt teſtari. hoc autem patebit ſi numerẽtur illi qui teſtari non poſſunt. quia quod non eſt prohibitum videtur eẽ cõceſſum. C. de appel. precipimus. in fine. Illi autem qui teſtari non poſſunt ſunt iſti. ſcilicet filiuſfamilias etiam ex cõſenſu parentum de aduenticio vel profecticio. ff. de teſta. qui ĩ poteſtate. Et ſi teſtamentum fecerit licet ſue poteſtatis factus deceſſerit: non ideo magis valebit. inſti. e. qbꝫ nõ ẽ ꝑmiſſuꝫ. §. ꝓter hos igit̃. Et hec ſunt vera de filiofamilias pagano. filiofa. eñ militi ꝑmiſſum ẽ ĩ armata vel literata militia de peculio caſtrẽſi vel q̃ caſtrẽſi facere teſtamẽtũ: etiã ꝓter prĩs voluntatẽ. ff. ad macedo. l. ij. Itẽ impubes inſti. e. §. ꝓterea. Itẽ furioſus. ſi tñ morbus reſipiſcat ad tẽpus interim teſtari poteſt dũ tñ teſtamẽtũ ꝯpleat anteq̃ furor ſupueniat. Inſti. e. §. itẽ nec furioſi. Et idem intellige de mẽtecapto. ff. de ṽ. ob. a tuto.

Sciendũ aũt ꝙ qñ conſtat teſtatorẽ ꝑmus fuiſſe furioſum legatarius tenet̃ ꝓbare euꝫ fuiſſe ſane mẽtis qñ fecit teſtamẽtũ. iij. q. ix. indicas. quando vo hoc nõ ꝯſtat tunc heres tenetur probare eum fuiſſe furioſum quãdo cõdidit teſtamentum ſi negauerit legatũ. ex. de ſucceſ. ab inte. c. ſi. ĩ tex. ⁊ glo. Item ꝓdig' cui ẽ bonoꝝ ſuoꝝ adminiſtratiõ interdicta: licet illud quod añ interdictiõem fecerit ratum ſit. Inſti. e. §. itẽ ꝓdigus. Item ille q̃ naturaliter a natiuitate ẽ ſimul mutus ⁊ ſurdus. ita tamẽ ꝙ oĩno nec loqui nec audire põt. ſi qs aũt ex caſu vl' alio quo accñti loquelã ⁊ auditũ ꝑdiderit ſiqdẽ ſit litteratus poteſt teſtamentu ⁊ codicillos manu ſcribere. non autem ꝑ aliũ niſi impetret hoc a principe. Et idẽ eſt ĩ eo qui ẽ accidẽtaliter mutus tm̃. ille vo q̃ eſt tm̃ ſurdus ſiue naturaliter ſiue caſu dũ tñ poſſit articulare loqui poteſt teſtari. Inſti. e. §. itẽ ſurdus ⁊ mutus. ĩ textu ⁊ glo. De teſtamẽto vo ceci habet̃ infra ti. ſpeciali. Itẽ obſides dati pro captiuis populi romani. Itẽ condemnati de crimine famoſo. Iteꝫ dubitantes de ſtatu ſuo an ſint manumiſſi vel emancipati. Item ſerui. Item damnati ad mortem. id eſt vt moriantur. vel vt fiant ſerui pene ſiue ſint in inſulam deportati. Relegati aũt q2 non amittunt ciuitatem vel libertatẽ teſtamentũ facere pñt. ſi quis tñ coꝛã fuerit damnatus ⁊ appellauerit: interim teſtari põt. ꝓbant̃ hec ff. de teſta. obſides. ⁊. l. is cui. ⁊. l. ſi filiuſfa. ⁊. l. eius q̃. Nõ ꝙ ſeruus nõ põt teſtari. quia peculium eius ẽ dñi. xij. q. ij. illud. ſm tamẽ Io. licet non poſſit heredem habere. cõſuetũ tamẽ ẽ pluriñoꝝ locoꝝ ꝙ peculium quod pr̃ habuit relinquit̃ filijs non tanq̃ heredibus ſed tanq̃ ſeruis. Aſcripticius aũt teſtari poteſt. C. de epi. ⁊ cle. ſi quis preſbyter. Libertus vo teſtari poteſt ſi relinquat patrono legitimam porcionem. Inſti. de ſucceſ. liber. Item nec heretici niſi filios habeant fideles qui ĩ eis poſſunt teſtari. C. de heret. ⁊ ma. manicheos vbi dĩ. bona hereticorum deuoluuntur ad filios orthodoxos Sed hodie ſm cano. ex. de here. vergẽtes. filijs hereticorum etiam catholicis nihil est relinquendū de paternis bonis. et hoc est expressum in ꝯstitutione Frederici hac edictali. hoc notat̄ in glo. c. vergentis. Item credentes receptatores defensores ⁊ fautores hereticoꝝ sunt excōicati. ⁊ q̄cūq; q̄libet taliū fuerit excōicatōe denotatus. i. in ecclesia ꝑ sententiā excōicatōis expresso ꝓprio noīe publicatus nisi satisfecerit infra annum. nō pōt testm̄ facere: nec aliqd ex testamēto capere. ex̄ de here. excōicamus. j. §. credentes. Item excōicatus nō pt̄ nec ex testamento aliqd capere fm̄ ꝙ notat hosti. ex̄ de excepti. significauit. Pla. ⁊ gar. ex̄ de vsuris. q̄q̄. li. vj. Itē nec vsurarius manifestus nisi prius satisfecerit vel idoneā cautiōz de satisfaciendo pstiterit. li. vj. d̄ vsuris. q̄q̄. Itē nec rei ꝑduellionis: ⁊ q̄ ꝯmiserūt crimen lese maiestatis. C. ad le. iuliā maiestatis. l. penul. Itē monachus ⁊ quilibet alius religiosus ꝓfessus. C. de sacrosan. ec. auten. ingressi. ⁊ si testamētū fecerint añ ꝓfessionē ꝯfirmat̄ sicut ꝑ mortē. C. de epis. et cle. deo nobis. ⁊ ex̄ de testa. q: ingredientib9. in tex. ⁊ glosa. Heremite ⁊ alij solitariā vitā ducētes q̄ nulli ecclesie se tradiderūt testari pñt. xix. q. iij. §. maria. ⁊. §. paul9. Quid de bannito nunqd pōt testari. Rn̄ aut est bannitus ꝓpt̄ causam leuē. vt ꝓpter pecuniā. ⁊ sic pt̄ testari. aut ꝓpt̄ cām grauē. vt ꝓpt̄ maleficiū. ⁊ sic nō pōt. ff. de testa. l. e9. §. insulā. q: bannitus loco deportatōis habet̄. ⁊ olim ꝓpter maleficia i insulā deportabant̄. hec Guil. Sz qd de clericis secularib9 bn̄ficiatis. nūqd pñt testari d̄ fructib9 beneficioꝝ ecciaꝝ. Rn̄ Bern. ex̄ de pe. cle. si quis. ⁊ de testa. q: nos. dicit ꝙ nō nisi cū q̄daz moderamine de q̄ habet̄ eo. ti. c. ad hec. ⁊. c. relatū. ij. §. licet. Unde fm̄ bern. in. c. si quis. ⁊. c. quia nos. clerici vo pñt vsurarijs ꝯpari: quib9 vti licet tm̄ ad q̄tidianum vsum. insti. de vsu. ⁊ ha. §. j. De moderamie p̄dicto dicit̄ in l. ad hec. ꝙ clerici viuentes ⁊ sui cōpotes moderate possunt aliqua de bonis mobilib9 nō rōe testamēti: sz intuitu elemosyne erogare in egritudine ꝯstitutis. Et in. c. relatū dicit̄ ꝙ in morte pauꝑib9 ⁊ religiosis ⁊ his qui sibi seruiūt siue consanguineis siue extraneis pñt aliqua fm̄ seruitij meritum elargiri. Quid de hoc sentiat Goff. vide. j. li. vj. ti. de pe. cle. fm̄ aūt Gar. li. vj. de re. eccl. nō alie. hoc ꝯsultissimo. et Hosti. ⁊ Inno. ex̄ de pecu. cle. si qs sane. ⁊ Io. an. li. vj. d̄ offi. ordi. pñti. distingue sic. s. ꝙ aut clericus hz admistratōnē aut nō. si habet q̄diu viuit ⁊ sanꝰ ē pōt de eis suā facere volūtatē. dū tn̄ donet moderate. ex̄ de dona. ceterū. ꝯpat̄ enī vsufructuario. q: ius eius morte finit̄ sicut ius vsufructuarij. vt in. c. si quis sane. cum aūt incipit infirmari cōpatur vsuario ⁊ ita nihil hz nisi vsum. elemosynam tn̄ facere pōt. extra de testa. ad hec. Testari vo nō pōt. vt ex̄ eo. c. cū in officijs. Si vo n̄ habeat admistratōz sz sit ꝑsonaliter ⁊ simpliciter beneficiatus ꝯpat̄ ⁊ in vita ⁊ in morte vsufructuario q̄ ad faciendū fructus suos. ⁊ de his testari pōt. ecclesia tn̄ succedit eis in istis si decedant ab intestato. ex̄ de testa. relatum. ꝓbat̄ hec distinctio. ex̄ eo. ti. requisiti. §. illud. Et ꝯsuetudo generalis q̄si approbat eā. Et qd dictū est de clerico simplr̄ beneficiato ꝙ facit fructus suos dz intelligi de fructib9 ꝑceptis ⁊ reconditis. alij vo fructus ꝓpter iura allegata ad ecclesiā ꝑtinebūt. De reb9 vo alijs siue eas ex p̄rimonio habuerint. siue ꝑtem acq̄sierint: siue eis intuitu ꝑsone date vel relicte fuerint: testari possunt clerici indistincte. ex̄ de testa. c. j ⁊. c. cum in officijs. ⁊. c. quia nos.

## De testamentis. Titulus .xxviij.

**Einde dicendū** est de testamētis. ⁊ p̄mo qd sit testamentū ⁊ vnde dicat̄. Scd̄o de effectu eius. Terciō ad quē ꝑtinet defensio eiꝰ. Quarto d̄ speciebꝰ siue drn̄tijs testamenti. Quinto q̄t et que sunt ꝑtes eius ⁊ quomō dn̄t ordīari. Sexto de ꝓhemio testamēti. Septio de clausula finali. Circa p̄mū sciendū ꝙ testamētū est volūtatis nostre sententia iusta de eo qd qs vult fieri post mortē suam cū institutione heredis. ff. e. l. j. Dicit̄ aūt sententia iusta. i. dispositio legitima. i. fm̄ ius ordinata. aliter nō valeret. C. e. testandi causa. Et dicit̄ testm̄ quasi testatio mentis. id est declaratio voluntatis. insti. e. in prin. oportet aūt ꝙ fiat vno ꝯtextu nullo alio actu interposito. nisi fiat ex necessitate. vt deposito ponderis sumptō medicaminis: vel languor breuis infirmitatis. C. e. l. cū antiquitas.

Circa scd̄m sciendū ꝙ effectus vltime volūtatis est vt ei oīno stet̄. ex̄ eod. nos quidē. vnde voluntas testatoris est lex. vt in aut. de nup. §. disponat.

Circa terciū nota ꝙ testamēti defensio ꝑtinet ad ecclesiā. ex̄ eo. si heredes. nō autem publicatio. C. eod. consulta diualia.

Circa quartū sciendū ꝙ testamentū aliud est ꝯditum in scriptis. aliud nuncupatiuū sine scriptis. Testamentū nuncupatiuū sine scriptis dicit̄ illud in quo testatoris heredis ⁊ legatarioꝝ noīa ⁊ oīa que in eo ꝯtinent̄ coram testib9 nuncupant̄. i. manifestant̄. ⁊ dicit̄ sine scriptis i. sine subscriptiōe testiū ⁊ solennitatib9 alijs que requirūt̄ i testamēto in scriptis facto. Et etiā q: pōt qs nulla scriptura inde facta nuncupatiue testari. dūmodo corā testib9 numero ⁊ ꝯditiōe legitimis nuncupet heredē: ⁊ suā explicet volūtatē. scriptura enī nihil ad testamēti subam operat̄. sed tm̄ ad hoc vt testamenti tenor facilius ꝓbet̄. insti. de testa. §. si. Si ḡ testator notariū habere nō possit: saltē legitimum numerū legitimoꝝ testiū adhibebit: corā quib9 voluntatē suā aperte narrabit exprimens legata: heredū institutiōes: ⁊ alias suas testamētarias dispositiōes. ⁊ demū p̄ntes ipos rogabit vt sint testes. Mortuo aūt testatore iudex ad instantiam alicuius cui ex ipo testamento ius ꝯpetit ipos testes citabit. Citabit etiā nuncio vel voce p̄conis eos q̄ poterant ab intestato succedere vel q: ex altero ius se dicerent in testamento habere ⁊ ipoꝝ testiū testimonia recipi solenniter faciat. et si ꝯcordauerint in testatoris noīe etate ꝯditione ⁊ mētis sobrietate ⁊ in legatarijs ⁊ legatis ⁊ heredū institutionib9: ⁊ alijs q̄ ꝓ disponentis volūtate ⁊ iuris necc̄itate in his ꝯcurrē debent. Ipa testib9 p̄ntib9 ⁊ ad hoc legittime citatis p̄dictis q̄ ius hn̄t ⁊ etiā p̄ntib9 septē alijs testib9 recitabit: ⁊ finaliter ea extūc ꝓ plena ipius ꝓbatōe testamēti hr̄i p̄nūciabit. Notarius aūt iudicis in bono ꝑgameno appositis annis dn̄i et ceteris publicatōib9 ipas attestatōes iudicis ꝓnunciatiōes ⁊ p̄ntiaz vel citatōz testiū p̄dictoꝝ ordinarie scribet: ⁊ demū supponet illoꝝ septē testiū noīa q̄ recitationi ⁊ ꝓnunciatōni iudicis fuerint adhibiti. ⁊ hec oīa rediget in publicā ⁊ autēticā formā. Ex p̄dictis pz ꝙ testm̄ nuncupatiuū nō solū pōt fieri cū scriptura sz etiā aliqñ sine scriptura.

Sequit̄ vidē de quinto articulo. s. quot ⁊ que sunt ꝑtes testamēti. ⁊ quō dn̄t ordinari. Circa qd sciend̄ ꝙ ꝑtes testamēti sunt septē quaꝝ quatuor req̄runt̄ ad formā cuiuslibet testamēti eleganter ⁊ debite ordinandā s. ꝓhemiū. institutio heredis. clausula finalis ⁊ numerꝰ testiū legitimoꝝ. Per primū hoꝝ decorat̄ testamentū. ꝑ scd̄m roborat̄. q: sine eo nullū est. insti. de fideicō. he. §. i p̄mis. ꝑ terciū piculo casual' frustratōis volūtatis testatoris occurrit̄ ꝑ q̄rtū ꝓbat̄. Alia vo tria ex sola volūtate testatoris depēdēt q: sine his ⁊ q̄libz hoꝝ testam̄ti forā subsistit. ⁊ hec sunt legata. substitutōes ⁊ quedā alie testam̄tarie dispositōes. Elegās aūt ⁊ legittimus ordo p̄dictoꝝ septē i testō est vt p̄mo ponat̄ ꝓhemiū. scd̄o legata. tercō institutōes heredū. q̄rto substitutōes. q̄nto volūtarie ꝓuidentie testatoris. sexto clausula generalis ⁊ etiā finalis. septimo testes. De trib9 hoꝝ habitū ē sup̄. s. de legatis. institutōib9. ⁊ substitutōib9. vn̄ restat agere de reliq̄s q̄tuor. ⁊ p̄mo de ꝓhemio.

Seq̄t̄ videre de sexto. s. de ꝓhemio. Circa qd sciend̄ ꝙ tenor ꝓhemij dz eē tal' vl' sil'is. Quia nihil ē certius morte ⁊ nihil incertius hora mortis: idō dn̄s talis saluti aīe sue ꝓuidere volens i statu sobrietatis corpis ⁊ aīe ꝑ dei grām ꝯstitutus rez ⁊ bonoꝝ suoꝝ dispositōz ꝑ p̄ns nūcupatiuū testm̄ sine scriptis ꝯdidit in hūc modū. Primo q̄dē ⁊c. Si vo testator sit eger dicat̄ sic. Ideo dn̄s talis licet eger corpe tn̄ sanus mente ⁊c. vt supra.

Sequit̄ videre de septimo. s. de clausula finali. Circa qd sciendū ꝙ ad hoc vt testator suā hereditatē legitime ordinet ⁊ eiꝰ dispositō testata rite ꝓcedat multa dn̄t cōcurrere: de quibus infra dicetur ti. quibꝫ ex cauſis teſtamētum reddit̄ inutile. Item licet in tota ſerie teſtamenti nihil vitiis vel iuris deſuerit ⁊ nullū accidens vicioſum emerſerit: adhuc tñ preter hec oīa lex ꝓpter ſuſpectā hoīm infidelitatē ⁊ ꝓpter ſeruandā teſtoꝝ ſinceritatē adhiberi voluit q̄ſdam ſpāles ſolennitates ad faciendū plenā fidem ⁊ ꝓbatōnē puta legitimū numerū teſtiū legitimoꝝ ⁊ teſtiū quidē rogatoꝝ. Itē in teſtamēto in ſcriptis ſubſcriptōes teſtiū ⁊ ſigilla ⁊ quedam alia. de quibꝫ ſuo loco dicet̄. ī. Si quid igit̄ hoꝝ defuerit ſiue iuris ſiue ſolēnitatis debite vires teſtamēti dicunt̄ expirare. C. de teſta. nō dubiū. §. ſed illud. His itaqꝫ p̄miſſis cum dicat̄ in clauſula finali. ſi nō valet iure teſtamēti valeat iure codicilloꝝ. ſciendū ꝙ ſi teſtm̄ patiat̄ defectum vel repugnantiā iuris in his q̄ ſunt de ſubā eius: nullo mō reſurgere pōt ī ius codicilloꝝ: q̄ntūcūqꝫ teſtator hoc expreſſerit: niſi teſtet̄ inter liberos ſc̄m ꝯmunem opinionē. ⁊ iō tūc finalis clauſula nihil opat̄. ⁊ rō eſt. q: deficiente iure velut ſpū ⁊ vita teſtamēti nihil addi poteſt vt reſurgat. Si vō patiat̄ defectū ſolennitatis debite p̄miſſe. tūc ſi clauſula final' appoſita nō fuerit: illa volūtas vltima teſtatoris nec iure teſtamēti nec iure codicilloꝝ valebit. ſi vō appoſita fuerit ī ius codicilloꝝ reſurgit. C. de codi. l. fi. dum tñ tot ⁊ tales ſolennitates ſunt ꝙ ſufficiant codicillo q̄ minoribꝫ ſolēnitatibus eſt ꝯtentus. verbi gratia vt teſtator adhibuit tm̄ ſex vel q̄nqꝫ teſtes vel etiā ſeptē nō rogatos: ⁊ adiecit ſi nō valet iure teſtamenti ⁊c. tūc lꝫ nō teneat vt teſtm̄: tenet tñ vt codicillus cui ſufficiūt q̄nqꝫ etiam nō rogati. Et idē eſt vbicūqꝫ fuerit adhibita ſolennitas inſufficiens teſtō ſꝫ ſufficiens codicillo. Erit aūt illius talis codicilli effectus duplex. Vnus ꝙ legata in eo relicta debent̄. inſti. de codi. in p̄n. Alius ꝙ inſtitutio q̄ ī eo erat ſcripta: licet directa videat̄. tñ in caſuꝫ fideicōmiſſi ꝯuertit̄. ff. ad trebel. l. ſceuola. vñ cū ipſe p̄ſfamilias inteſtatus deceſſerit venientes ei ab inteſtato reſtituent p fideicōmiſſuꝫ hereditatē ei q̄ ī ipa vltima volūtate ī codicillū redacta inſtitutus erat q̄ſi tacite videant̄ rogati hereditateꝫ reſtituere. ar. C. de fideicō. eā quam. Erit aūt clauſule finalis forma talis. ⁊ hāc ſuā vltimā volūtatē aſſeruit eē velle quā valere voluit iure teſtamēti. ꝙ ſi iure teſtamēti non valeat: ſaltem eā iure codicilloꝝ vel cuiuſcūqꝫ alterius vltime volūtatis valere voluit et tenere. vel ſic. ita ꝙ p̄dicta omia ⁊ ſingula diſpoſitōem ſue vltime volūtatis aſſeruit eē velle quā vt teſtm̄ ⁊ iure teſtamēti voluit valere ⁊ mandauit. ꝙ ſi aliqua cā p̄nti vel futura iure teſtamēti nō valeat. ſaltē eā ius ⁊ effectū codicilloꝝ hēe voluit ⁊ tenere. ſiue alterius cuiuſcūqꝫ volūtatis vltime. Et ipa ⁊ oīa ⁊ ſingl'a ī eis ꝯtēta ab oī hēde ⁊ ſucceſſore ſuo inuiolabilit̄ obſuari ⁊ efficacit̄ adipleri

## De volūtarijs ꝓuidentijs teſtatoris. Ti. xxix.

Oſtea ꝯſiderandū eſt de volūtarijs ꝓuidentijs teſtatoris. Et p̄mo quō ꝓuidet̄ ne heres detrahat falcidiā de legatis. Scd̄o ne rē aliquam alienet. Tercio quō ꝓuidet̄ pupillo de tutore Quarto quō alijs vltimis volūtatibꝫ derogat̄. Quīto quō ꝓuidet̄ vt teſtm̄ ſeruet̄. Circa p̄mū ſciendū ꝙ teſtator pt̄ p legē falcidiā tres ptes bonoꝝ ſuoꝝ legare: ⁊ non vltra. ita ꝙ heredi inſtituto remaneat integra quarta bonoꝝ. Si vō legata excedant tres ptes hereditatis heres p legē falcidiā detrahere pōt de legatis. ſ. de q̄cūqꝫ legato ꝓ rata tantū quātū eidem eſt legatū ad quartā habendā. inſti. e. ī. rñſo. Et hoc eſt verū niſi teſtator ꝓhibuerit heredi ne falcidiā detrahat ō legatis dicendo ſic. Preterea. ſciens moduꝫ patrimonij mei ꝓhibeo expſſe heredē meū detrahere falcidiā de legatis. tūc eñ oportebit heredē ſtare ꝯtentū eo qō ſuperit a legatis et itegre ſolut̄ legata. niſi repudiauerit hēditatē. īſti. ꝺ. l. fal. §. ex diuerſo. Preterea. heres nō ꝯſeq̄t̄ falcidiā niſi fecerit inuentariū. C. de iu. deli. l. ſancimus. Si tñ heres inſtitutꝰ ſit de liberis teſtatoris ad quē ꝑtinet portio nālis. primo ex tota hereditate deducet ipam legitimā portionē. ſ. terciā. ī. quatuor vncias. ex reliq̄s vō. viij. vncijs defalcabit p legē falcidiam iure inſtitutōnis quartā. ī. duas vncias. reliquas vō ſex vncias. ī. medietatē hereditatis diuidet inter legatarios ꝓ rata. inſti. e. §. cū aūt. Differt aūt hec portio. ſ. falcidie a trebellianica. q: p falcidiā deducet̄ quarta nō ex tota hereditate: ſed ex ſingularibꝫ relictis vt dictū eſt. ſꝫ illa. ſ. trebellianica habꝫ locū q̄ñ heres rogat̄ hereditatē alteri reſtituere ⁊ tūc detrahit̄ quarta ex tota hereditate. Itē teſtator nō pōt auferre heredi quartā trebellianicā. inſti. de fideicō. he. §. ſꝫ q: ſꝫ bene pōt ꝓhibere heredi ne detrahat falcidiā de legatis vt dictū eſt. Rō huius diuerſitatis: q: p fideicōmiſſariā heres cogit̄ hereditatē adire ⁊ reſtituere vt dictū ē ſupra. ⁊ ſic in hoc grauat̄: ꝙ adire cogit̄. ⁊ ideo congrue in alio releuat̄. ſ. vt trebellianica p̄uari nō poſſit. Sed heres ꝓpter legitimā nō cogit̄ hereditatē adire. ⁊ ita in hoc releuat̄. ⁊ ideo in alio grauatur. ſ. vt falcidia priuari poſſit. ne eam detrahat de legatis.

Equit̄ videre de ſcd̄o. ſ. quō teſtator ꝓuidere poſſit ne heres rē aliquā nō alienet. Ad cuius euidētiā diſtingue ꝙ talis ꝓhibitō aut fit ad tp̄s aut imppetuū. Itē talis ꝓhibitio ſiue p̄ceptū aut eſt ſimplex ⁊ nuda: ſ. nō ꝯtinens cām ſufficientē. aut ē veſtita veſtimento cauſe adiecte ꝓpter fauorē alicuius pſone. Si ꝓhibitio fiat ad tempus bonū ꝯſiliū eſt ꝙ pena adijciat̄ dicēdo ſic. Itē dicto heredi meo ꝓhibeo talis p̄dij alienatōnē vſqꝫ q̄ ꝯpleuerit. xx annū etatis ſue. vel vſqꝫ ad. xx. vel. x. annū poſt obitū meum. vel aliud tp̄s ꝙ ſi ꝯ factū fuerit ipm heredem meuꝫ pene cauſa ꝯdemno in centū libris p̄ſtandis ab eo tali vel tali monaſterio iure legati: legata eñ q̄ cā coercendi heredis pene noīe relinquunt̄ tenent. inſti. de lega. §. vlti. de iure cogit̄ heres vel volūtatē teſtatoris ſeruare vl' legatū p̄ſtare. Ideo aūt in hoc caſu dꝫ adijci pena. q: hmōi p̄ceptū teſtatoris niſi ſeruet̄ metu legati p̄ſtandi nō eſt neceſſe ſeruari eo ꝙ ē nudum vt infra dicet̄. nec ꝯmode infra illud tp̄s breue veſtiri poſſit cauſa ſufficienti annexa fauore pſone. Si aūt ꝓhibitio fiat imppetuū ⁊ ſit ſimplex ⁊ nuda ⁊ nō adijciens cauſā pſone cuius intuitu rē alienari ꝓhibuit. cū preceptū eius ſit nudū nō hꝫ heres illud neceſſario obſuare. imo tali p̄cepto nō obſtante poterit rē alienare ⁊ dn̄ium eius in accipientem trāſferre. q: nō apparet pſona q̄ ex volūtate teſtatoris ius habeat rei vendicande. Si aūt ꝯtineat cām reſpicientē fauorē alicuius pſone. vt q: rem alienari ꝓhibuit eo ꝙ voluit eam ad deſcēdētes ⁊ liberos eius vel ad pſonā aliā imppetuū puenire. tūc res ꝓhibita nō poterit alienari. q: quodāmodo p fideicōmiſſum puenire debet ad pſonas q̄rū intuitu eſt ꝓhibitio facta. vnde q̄diu apparebit aliq̄ ex pſonis illis rē vendicare poterit: ſi res fuerat teſtatoris. q: ex volūtate eius dominiū trāſiuit in illas quātūcūqꝫ nondū natas: quātūcūqꝫ etiā ignorātes. Nam et in legatariū etiā ignorātē dominium tranſit. ꝓbant̄ hec. ff. de lega. l. fi. §. diu. Nec videt̄ alia cā ſufficere niſi fauor pſone q̄ ius habeat rei vendicande. vt dictū eſt. Forma aūt hmōi veſtite ac efficacis ꝓhibitōis poteſt eſſe talis. ſ. vt dicat̄ ſic. Itē ꝓhibuit oīno imppetuū tal' rei alienatōem diſtractōem longi tp̄is locatōem ⁊ ꝯceſſionē: et oēm ꝯtractū ex q̄ alienatio ſequet̄. vel q̄ in fraudē alienationis fieri p̄ſumeret̄ vel p̄ſumi poſſet. ⁊ hoc iō q: voluerit rē p̄dictā ī poſteros ⁊ liberos eius mares ⁊ ex maſculina linea ex eo vel ex eis deſcēdentes imppetuū puenire. ⁊ ſi teſtatori placeret addi poſſet. ꝙ ſi aliq̄ñ ꝯtigerit vt nullus ex ipis liberis ſupſit vel appareat voluit rē ipam ad tale monaſteriū puenire: ea tñ ꝯditōe ⁊ lege vt nullo mō poſſit imppetuū alienari. Ad hoc nota ꝙ heres ſubſtitutione grauatus non poteſt alienare vel obligare res q̄ ſbſtitutōni ſubiacent. niſi quatenus ꝯtigerit eū rōne tercie vel quarte. C. cōia. de leg. l. vlti. Excipiūt̄ aūt aliq̄ caſus. Primus eſt ꝙ q̄ñ rogat' vt rē rogata ē pſona nec reſiſtit̄ pt̄ ſtimulis ſathane. tūc pōt cauſa dotis vel donatōis ꝓpter nuptias tales res alienare vel obligare ꝓ mō pſonaꝝ honeſtati ꝯgruo. vt ibidē. Scd̄o q: pt̄ res libertatē p̄ſtare pōt. ff. ad trebel. q̄dā. §. fi. Tercio q: pt̄ res illas obligare cā redemptōis pſone medie. in aut̄ de reſtitutione. circa mediū. §. ſi vō. coll'. viij. tñ quartā trebellianicā pōt ſibi retinere. Et ſi filius ſit rogatus pōt ſibi retinē q̄rā trebellianicam cum quarta debi a ſibi iure nature. vt extra de teſta. raynaldus. ⁊ c. raynucius. Si aūt ſit rogatus reſtituere q̄cq̄d ſupeſt de hereditate. tunc admin⁹ quartā reſuabit ſbſtituto. C. ad trebel. in auten. ꝯ ſi rogatus. et in aut. niſi rogati. hec Berñ. ex͂ de ꝓbat. in preſentia. et Hoſti ex͂ de teſta. Raynucius. Item nota qñ mouet̃ alicui qō de hereditate quā poſſidet ꝓhiberi debet ne quid diſtrahat de hereditate: niſi preſtet cautionē de reſtitutione hereditatis. ꝑmittit̃ tñ aliquid diſtrahere in caſu. ⁊ ꝑmo ratione ſepulture faciende. Secundo ꝓpter ſuſtentatōem familie. tercio ꝓpter redemptōem pignoris qđ ſcꝫ diſtrahet̃ niſi redimeret̃. quarto qñ res ꝑiret niſi diſtraheret̃. ff. de peti. here. diuus.

Equit̃ videre de tercio. ſ. quomō teſtator pōt ꝓuidere alicui pupillo de tutore. Circa hoc aūt eſt diſtinguendū ꝙ alicui pupillo dat̃ in teſtamento vel codicillo tutor aut a patre. aut a mr̃e. aut ab extraneo. Si a patre: aut datur filio pupillo exiſtenti in poteſtate. aut nō exiſtenti. Sciendū ẽ ꝙ pater hñs filium pupillū in poteſtate quem herdem inſtituit pōt ei dare tutorē in teſtamēto vl̃ etiā codicillo. Si tñ teſtm̄ ꝓcedat vel ſequat̃ ipm codicillū. aliter nō. Item ſi quidā tutores ſint dati in teſtamēto ⁊ quidā in codicillo oēs tutores manebūt: niſi teſtator dando poſteriorē caſſauerit ꝑmū. Itē dari dꝫ tutor cert⁹ nō incert⁹. vñ ſi ſint duo petri pr̃ ⁊ filius ⁊ datus eſt petrus nec apparet de quo ſenſerit teſtator. nō deficit ius ẽ ꝓbatio. vñ neuter erit tutor. Item pr̄ pōt dare tutorē nō tm̄ natis ſed etiā poſthumis. ſi tñ naſcituri erāt in ꝑtāte eius ſi viueret. Pōt etiam auus dare tutorē nepotib⁹ natis ex filio in ꝑtāte eius exiſtētibus. ſi tñ i ꝑtāte pr̄is nō ſint recaſuri mortuo auo. hec ꝑdicta oīa ꝓbant̃ inſti. de tute. Itē pr̄ dare pōt tutorē vnuꝫ vel plures mares. nō tñ feminas pter mr̄em ⁊ auiā pupilli. pōt etiā poſt mortē vnius tutoris de alio ꝓuidere dicēdo ſic. P. filij mei tutorē eſſe volo. ⁊ ſi deceſſerit anq̄ officiū tutele depoſuerit eius tutor ſit talis. Itē ſi minorē. xxv. annis tutorem reliquit: qꝛ nequit eſſe tutor niſi ꝯpleuerit. xxv. annū pōt iterū aliū tutorē dare q̄uſqꝫ factus ſit ille maior. ff. de teſta. tuto. iure nr̄o. ⁊ l. tutor datus. ⁊ l. tutor incertus. Tales ẽ tutores ſic dati ⁊ a tali pr̄e ⁊ talib⁹ pupillis ſunt veri ⁊ ꝓprij teſtamentarij ⁊ gaudent ꝓuilegijs multis. ꝓcedūt enī oēs alios legitimos datos ⁊ donatos. ⁊ nō indigēt ꝯfirmatōne iudicis. lꝫ ꝓpter adminiſtratōem indigeant ſicut ceteri decreto iudiciali. Non cogunt̃ etiā ſatiſdare. inſti. de ſatiſdati. §. ẽ hoc nō eſt. Si vo pater filio pupillo legittimo ⁊ naturali emācipato vl̃ ẽt tm̄ nālī i eo ꝙ ei vſꝫ ad terminū legittimū tutorē reliquerit. ⁊ ſimiliter ſi mr̄ filiū pupillū heredē inſtituerit ⁊ ei tutorē reliquerit: lꝫ in his caſib⁹ nō teneat ex teſtō ipo iure datio tutoris. tñ tales tutores debebūt ꝑ iudices ꝯfirmari. ⁊ illi nō erūt tutores teſtamētarij ẽ datiui. qꝛ ex tali ꝯfirmatōne vident̃ a iudice dati. ſatiſdatio enī remittit̃ eis. inſti. de tute. §. vlti. Si aūt extraneus pupillū aliquē heredē inſtituerit ⁊ ei tutorē reliquerit: ⁊ pupill⁹ nihil habeat pter bona illa in q̄b⁹ eſt inſtitutus: diceret̃ nō male iudiciū eſt ſequendū ⁊ ipm tutorē ꝑ iudicē ꝯfirmanduꝫ. qꝛ cum nouit ⁊ pupillū ita dilexit vt eū heredē inſtituerit. ſed forte ſatiſdatio nō remittit̃ in hoc caſu. ff. e. tutores. Ceteꝝ cū tutor teneat̃ inuentariū facere recepta ⁊ data in ſcriptis redigere: tutela depoſita ſue geſtionis actus exhibere. adminiſtratōis rōem reddere. ⁊ ex his ⁊ alijs multis iudicio teneat̃ tutele. ⁊ aliqñ pñs in ꝯfectiōe teſtamēti vehemēter inſtet vt teſtator ab oīb⁹ ꝑdictis eū abſoluat ſi voluerit eū abſoluere poterit notarius abſolutōem ſic formare. Ticij aūt ꝑdicti filij ſui tutorē eē p. voluit ⁊ diſpoſuit: abſoluens ⁊ liberans eū ab inuentarij ꝯfectōe ac etiā ab adminiſtratōis ſue reddēda rōe. tal' tñ abſolutio eſt ſemiplena. qꝛ etſi ſit tutor liberatus ab his q̄ debebat ex negligentia non tñ ab his q̄ debebat ex dolo ⁊ culpa. qꝛ dolus ex hoc nō eſt remiſſus. ff. de liberatōe leg. ab aurelio. §. fi. Et ideo tutor aliqñ ſapientū cōſilio informatus petit ſe a teſtatore plene abſolui ita vt nullū in eū vel eius heredes redūdare ꝑiculū poſſit: quib⁹ ſi teſtator aſſenſerit ita formari poterit abſolutio. Tutorē autē filij ſui pupilli p. voluit ⁊ diſpoſuit eſſe. c. nolens ⁊ oīno ꝓhibens eū iuramentū preſtare. inuentariū ꝯficere. accepta ⁊ data ⁊ cuiuſcūqꝫ geſtionis oīs eius actus in ſcriptis redigꝫ ⁊ redactos oñdere. Itē rōnem adminiſtratōis aliquo tempe reddere vel exhibere. a quib⁹ omnib⁹ ⁊ ſingulis ab omī lege tutele eū eiuſqꝫ heredes liberauit penitus ⁊ abſoluit. dānās heredē ſuū ne quid ab eo petat vel exigat: nec ꝑdictis occaſionib⁹ ꝯ eū ſuā actōem exerceat. Et ſi dictus c. vel ei⁹ heres occaſione ꝑdictoꝝ vel alicuius eoꝝ ſiue etiā ꝯtrectatōe dicte tutele bene vel male geſte omiſſe vel neglecte ſiue doli culpe vel negligentie in aliquo teneret̃ vel damnaret̃: illud totū vel tantūdē de ſuo eius iure legati relinq̄t. Ad hoc nota ad maiorē euidentiā ꝙ triplex eſt tutela. ſ. tutela teſtamentaria. vt qñ pater dat tutorē filio in teſtamēto. Et tutela que. ſ. defert̃ a lege ſm̄ quā qñ null⁹ tutor datus eſt a patre filio in teſtamento ille qui deberet ab inteſtato ſuccedere tenet̃ tutelā hmōi accipe. Et tutela datiua. ſ. que dat̃ a iudice qñ. ſ. nullo tutore dato in teſtō: ⁊ nullis exiſtentib⁹ cōſanguineis idoneis ad tutelā: iudex dat tutorem ex officio ſuo. Item nota ꝙ religioſi vt monachi ⁊ canonici regulares de licentia ſui ꝑlati recipere poſſunt tutelas miſerabiliū ꝑſonaꝝ vel etiā legitimas. xvj. q. j. monachi. tutelā tñ teſtamentariam ⁊ datiuā nullo mō poſſunt recipe ⁊ ita poſſunt intelligi iura ꝯtraria. di. lxxxviij. c. ſi. ⁊. xvj. q. j. generaliter. ⁊. ꝑ xj. q. iij. cyprianus.

Equit̃ videre de q̄rto. ſ. quō teſtator pōt alijs vltīs volūtatib⁹ ꝓcedētib⁹ vel ſequentib⁹ derogare. Circa qđ ſciendū ꝙ ſi quis fecerit duo teſtamēta etiā ſm̄ iura ꝑfecta vnū prius alterū poſterius. quoꝝ vtrūqꝫ formā ꝯmūem hꝫ. qꝛ ſcꝫ in neutro aliquid ꝯtinet̃ ꝑ qđ alteri derogetur. certe ſm̄ regulas iuris poſterius ipo iure rumpit pri⁹. qꝛ nouiſſima volūtas ſeruari debet. inſti. qui. mo. teſta. infir. §. poſteriorē. dūmō ſit rōnabilis. qꝛ ſi q̄s ſuū filiū ſine cauſa exheredare vel oſſa ſua ꝓijci in mare velit talis volūtas nō eſt ſuanda. ex͂ de teſta. tua nobis. in glo. Contingit tñ aliqñ ꝙ teſtm̄ lꝫ nuncupatiuū: tñ quantū pōt faciat ſecretū in quo ſuā volūtatē diu deliberatā ordinat a q̄ diſpoſuit vltra nō recedere. timet aūt ne qñ erit in grauis infirmitatis articulo ꝯſtitutus ſibi a ꝓpinq̄s ſuis ſuadeat̃ vl̃ forte qđ peius eſt cogat̃ mutare volūtatē. vel forte teſtm̄ ne aliqđ falſum poſt illud verū appareat factū. ⁊ ideo vult ꝯ hmōi ꝑicula ꝓuidē. ⁊ quātū pōt teſtm̄ hoc roborare. ita ꝙ etiā ꝓualeat poſteriorib⁹. Querit̃ ẽ vtrū hoc facere poſſit. Ad cuius euidentiā eſt ſciendū ꝙ ꝓpter ſucceſſus varios ſtat⁹ et fortune hoīs q̄ ſepe mutant̃ voluerūt leges ꝙ aliq̄s ſuā volūtatē ꝯfirmare poſſet vt ipi ab eadē recedē non liceret. qꝛ tñ que demergūt de nouo nouo idigēt remedio. ff. de mino. emilius. ⁊ deambulatoria eſt volūtas hoīs vſqꝫ ad extremū vite. ff. de adim. leg. l. iij. etiā ſi pactū inuenerit ne mutare poſſit. C. de pac. pactū qđ dotali. ⁊ etiā ſi ꝑ ꝑncipē firmatū fuerit. C. de teſta. omniū. Licꝫ aūt ita ſit: pōt tñ teſtator i teſtō qđ hodie facit aliq̄ vba inſerere q̄b⁹ adeo derogabit̃ poſteriori volūtati vltime. vt poſſibile ſit hanc ꝑmā tenere ⁊ poſteriorem nō valere. puta dicendo ſic. Itē iubeo ⁊ diſpono hanc meā vltimā voluntatē oīb⁹ alijs q̄s decetero apparuerit me feciſſe pleniſſime ꝓualere. ⁊ ſi quecūqꝫ vel cuiuſcūqꝫ generis alia volūtas vltima poſt hanc diceret̃ vel appareret ꝑ me facta. volo illā oīno nihil valere. niſi in ea ſcripti eſſent teſtes tm̄ tres tales. vel niſi in ea ſcriptū eſſet hoc vbum. ſurgite mortui venite ad iudiciū. vel aliqđ aliud vbū qđ diuinari non poſſet. certe ſi talia vba derogatiua addant̃ i priori vltīa volūtate: ⁊ poſtea appareat poſterior in qua de illis vbis nulla mentio in genere vel ſpecie fiat: tenebit prior ⁊ nō poſterior. qꝛ nō videt̃ teſtator receſſiſſe a ꝑma volūtate eo ꝙ in ſcđa nō apponit̃ illud qđ in ꝑma dixerat in ea apponi debere. nec aliquid in ꝑma dr̄ ꝑ qđ volūtatē mutaſſe videat̃. ff. de lega. j. l. ſi mihi. ⁊. ff. de leg. iij. l. ſi quis. in prin. Sed obijcit̃. qꝛ hoc poſſet eſſe valde ꝑiculoſuꝫ. eſto enī ꝙ aliq̄s fecerit Ianue teſtm̄ habens vba derogatiua. deinde velit apud cypruꝫ facē aliud teſtm̄ vbi nō hꝫ ꝑmū. nec eſt memor ꝙ ꝯtineat aliqđ tale. nūq̄d valebit illō ſcđm. Rñ ꝙ bñ pt̃ ꝑmuꝫ caſſari ꝑ ſcđm q̄ātūcūqꝫ nō fiat i eo ſpālis mētio de illis derogantiis. ſi tñ teſtator dixerat in ſcđo. ꝓtea teſtm̄ olim a me factū manu tal' notarij ſcptū ⁊ oēm aliā vltimā volūtatē cuiuſ cuiuſcūq; generis ⁊ cuiuſcunq; notarij manu ſcriptā hactenus a me factam reuoco penitus ⁊ caſſo ſi in aliqua eaꝝ ↄtineatur ꝙ qḋ pn̄ti vltime volūtati derogaret in aliq̄. ea oia et ſingula ſpāliter ⁊ noiatim volo ⁊ iubeo nō valere. nā me penitet oino quorūcūq; derogatiuoꝝ ⁊ cuiuſcūq; prioris vltime volūtatis. ꝓbant̄ hec. ff. de leg. iij. ſi quis. in pn̄. Ad hoc nota ꝙ glo. di. xviij. dicit ꝙ nō oportet in ſcḋo teſtamēto facere mentōem de p̄mo niſi in duob⁹ caſib⁹. Vnus ē ſi p̄mū ſit factū inter liberos. C. de teſta. hac ↄſultiſſima. Secundus eſt ſi teſtator impoſuerit ſibi legē caſſandi. vt ſi dixerit i primo/ſi fecero teſtamentū aliud valeat. ff. de leg. iij. ſi quis.

Equit̄ vidē de quinto. ſ. quō teſtator ꝓuidere pōt vt eius diſpoſitio obſuetur. Circa quod ſciendū ꝙ teſtator aliquando diſponit aliq̄ poſt mortē obſeruari q̄ ipo iure hn̄t auctem. ⁊ hec heres neccio habet ſeruare etiā nulla pena adiecta. q̄lia ſunt fere oia q̄ dicta ſunt de voluntarijs ꝓuidentijs teſtatoris. aliq̄ vo aliquando p̄cipit q̄ nō habet heres neccio ſeruare: vt ſi p̄cipiat heredib⁹ filijs ſuis vſq; ad certū tp̄s ſimul ⁊ ↄiter habitare ⁊ ad diuiſionem nō venire. vel ſi p̄cipiat filio ꝙ nō feneret̄ vel ꝙ filiam ſuam tali hoi nō copulet ↄiugio. ⁊ ſil'ia. ⁊ tunc q꞉ huiuſmodi nō p̄cipiunt̄ ſeruari aliqua ſpāli lege teſtator dꝫ adijcere penā ⁊ heredē ſi ↄtrafecerit in legato cauſa pene preſtande dampnare ac coercere. tale eni legatū hodie bene teneret. dūmō qḋ p̄cipit̄ nō ſit impoſſibile vel turpe vel legib⁹ interdictū. inſti. de le. §. pene q̄ꝫ. ⁊ §. fi. Adijciet̄ aūt pena ſic. Itē volui diſpoſui ⁊ mandaui ꝙ filij ſui ſimul ⁊ ↄiter habitent ⁊ ad diuiſionē bonoꝝ oīum cōiū nō veniāt vſq; ad. xx. an. poſt mortē ipius teſtatoris. vel ſic. q̄uſq; q̄ minor inter eos fuerit. xxv. annos ↄpleuerit. ꝙ ſi ↄtrafecerit ⁊c. vel ſic ꝙ ſi aliquis aliquē vel eorū ceteros ad diuiſionem ꝓuocauerit dampnaui cauſa pene illū vel illos ex eis qui ceteros ad diuiſionē ꝓuocauit in centū lib. tali monaſterio vel ꝑſone nomine legati ꝑſoluendis. vel ſic. in centū lib. ceteris q̄ diuiſioni nō ↄſenſerint ꝑſoluendis. Et in alijs ſil'ib⁹ preceptis vel ꝓhibitōib⁹ ↄſimiliter adijciat penā. Poteſt aūt teſtator penā adijcere q̄tū ad illa que tenent̄ heredes ſeruare etiam ſi nulla pena adiecta eſſet hoc modo. Item volui ſtatui ⁊ mandaui ꝙ ſi heredes ↄtradixerint vel impediuerint quocūq; mō ne legata ſua ſoluant̄ vel male ablata reſtituāt̄ mō ſupradicto. hoc ip̄o cadant ab hereditate: ⁊ hereditas tota ad tales deuoluat̄ quos eis ſubſtituit heredes. vel ꝑ ſuos fideicōmiſſarios tali mō diſtribuat̄. vel ſi vnus tm̄ heredum ↄtradicat vel impediat alteri tota hereditas applicet̄

Ad hoc nota ꝙ volūtas teſtatoris ad pias cauſas debꝫ executioni mandari ab herede. quod ſi nō fecerit ⁊ ad iudiciū tractus legatū pium negauerit cedat in duplū. inſti. de acti. §. itē mixta. ſecus eſt ſi teſtamentum diceret non tenere ſm̄ goff. ac Accur. ibidem. Item heredi dicto modo negligēti debet epiſcopus interdicere res omnes ſibi relictas cum omibus fructib⁹ ⁊ emolumentis: donec impleat vota defuncti. ex̄ de teſta. ſi heredes. debet etiam epiſcopus eius negligentiam ſupplere. vt dicit̄ ibidem. c. nos quidē. Nec obſtat diſ. lxxxviij. c. ep̄s. vbi dicit̄. ꝙ ep̄s nō ſuſcipiat tuitionē teſtamentorū. quia hoc intelligit̄ ſm̄ Io. ꝙ nō ſuſcipiat vt aduocat⁹ ſꝫ debet ſuſcipe vt ordinarius. ⁊ hoc ei teſtator interdicere n̄ poteſt. extra de teſta. tua nobis. Item heredi qui nō implet volūtatē defuncti tota hereditas eſt auferenda. extra de vo. ⁊ vo. re. licet. ⁊ xj. q. j. ſiluester. vbi Ber. diſtinguit ꝙ heres aut eſt extraneus. ⁊ tunc ꝑdit totam hereditatē. aut fili⁹ ⁊ tunc aut hereditas eſt diuiſibilis. aut nō. ſi ſic. nō perdit totū ſed reſeruat̄ legitima ſibi. C. de fideicō. aut. hoc amplius. ſi nō eſt diuiſibilis vt ſunt dignitates que non debent diuidi. vt regnum ducatus vel principatus. ſic perdit totum extra de voto ⁊ vo. remiſſ. licet. in fi. Non poteſt tamen conueniri niſi poſt dies nouem numerandos a morte defuncti. C. de ſepulc. l. fi. in auten. ibi poſita que incipit. Sed nec.

## De teſtib⁹ teſtamentoꝝ. Titulus .xxx.

Oſtea dicendū eſt de teſtib⁹ adhibendis in teſtamentis. circa q̄s hos attendenda ſunt tria. ſ. numer⁹ ↄditio ⁊ modus ſiue forma. Circa numerū nota ꝙ regulariter in teſtamentis nuncupatiuis adhiberi debent ſeptem teſtes legitimi inter quos etiam notarius computat̄. inſti. de teſta. §. ſi. ⁊ vbi notarius non habetur vnus teſtis ꝓ eo adhibet̄. decre. tamen vult ꝙ duo. extra de ꝓba. quoniam contra. Fallit aūt hec regula in aliquibus caſibus. quia in teſtamento ceci ſunt neceſſarij octo. In teſtamento ruſtici qḋ ſit in illo rure in quo plures inueniri nō poſſunt quinq; ſufficiūt. In teſtamento facto inter liberos ſimiliter ſufficiūt quinq;. qui ſi aliud ſolenne prius fecerat. dū tamen illud nō valere dicat. In teſtamento vero cuiuſcūq; facto in preſentia ip̄atoris p̄cib⁹ ſibi porrectis vt audiat ſufficit vnus teſtis. In teſtamento aūt in ſcriptis ↄdito ſi ſcribat illud teſtator ſufficiūt ſeptem teſtes. ſi vo teſtator ſcribere neſciat vel non poſſit adhiberi debet ſcriptor ⁊ ſeptē alij teſtes. ꝓbant̄ hec. C. de teſta. hac ↄſultiſſima. ⁊ l. omniū. ⁊ l. fi. vbi tamen copia teſtiū poteſt haberi tutum ↄſilium eſt ꝙ in teſtamentis precipue nuncupatiuis vltra numerū legitimū aliqui addant̄ ita ꝙ ſi aliq̄ ex eis eſſent minus ydonei ſaltē de legitimis numerus ſupſit legitimus. Itē quando teſtator dicit ꝙ nō vult ſtare in iam voluntatē priorem ſufficiūt tres. C. e. ſancimus. ⁊ idē eſt quando vult declarare ſuam voluntatē. C. e. heredes palam. Quid ſi q̄s condat teſtamentū nuncupatiuū in preſentia ſeptē teſtiū. ⁊ tabellio inde ↄficiat inſtrumentū in q̄ duos vel tres teſtes tm̄ ponit. nunq̄d ꝓbat̄ teſtamentū ꝑ tale inſtrumentū. R̄. azo. Io. b. la. fran. cremon̄. dixerūt ꝙ nō. teſtamentū eni ꝓbari non poteſt ꝑ tres vel quatuor teſtes. q̄ nec ꝑ inſtrumentū ↄtinens totidē teſtes. ar. C. de fi. de inſtru. in exercēdis. ⁊ ex̄ de fi. inſtru. cū Iohes. §. porro. Sꝫ Pla. ⁊ mar. dicūt ꝙ bene ꝓbari poſſit ꝑ duos teſtes ⁊ ꝑ tale inſtrumētū. ar. C. arbi. tu. l. fi. ⁊ ex̄ de dona. inter viros. Et hec opinio ſm̄ hoſti. approbat̄ expſſe ex̄ de teſta. relatum. ⁊ c. cū eſſes. lꝫ aliq̄ has decretales intelligāt de legatis ad pias cāſ. Quid ſi q̄s fecerit teſtm̄ i quo vxori ſue centū lib. legauit. ⁊ deinde corā duob⁹ teſtib⁹ ita dixerit. centū lib. q̄s in teſtō meo legauerā vxori mee nolo ipam habere. nūq̄d vxor poterit legatū pete. R̄. dici pōt ſm̄ Hoſti. ꝙ ſi teſtamentū fuit nuncupatiuū valet adiectio. vt ex̄ de teſta. relatū. ⁊ c. cū eſſes. Si vo in ſcriptis ↄditū fuiſſet non tollerent̄ legata niſi ↄſimilis ſolemnitas adhibita eſſet. ar. ex̄ de reg. iu. ois res. Et ſm̄ has duas vias pn̄t diuerſimode intelligi diuerſa iura q̄ circa hoc pn̄t allegari. ſm̄ tm̄ Io. indiſtincte adiectio tenet. Item milites dū ſunt in domo ꝓpria vel aliena teſtari debent iure ↄmūi. dum vo ſunt in exercitu teſtant̄ cum duob⁹ teſtib⁹. dum aūt ſunt in bello teſtari poſſunt ſicut volūt etiā ſine duob⁹ teſtib⁹ ſcribēdo etiā ſanguine ꝓprio in clypeo. inſti. de mili. teſta. §. illis. ⁊ C. eo. milites. Ad hoc nota ꝙ ſm̄ canōes in legatis ad pias cauſas ſufficit ꝙ teſtator corā p̄ſbro parochiali ⁊ duob⁹ vel tribus teſtib⁹ ea faciat. ex̄ de teſt. cū eſſes. ⁊ c. ſe. In relictis vo ad alia legalis ſolēnitas eſt ſeruanda ſm̄ Ber. ibidē. ⁊ c. vlt. ⁊ Io. ij. q. iij. placuit. Sc̄dm vo Guil. ⁊ bar. p̄dicte decretales loquunt̄ de omib⁹ relictis. Sꝫ nūq̄d eſt ibi ſp̄ neceſſaria pn̄tia p̄ſbri. R̄. pe. de ſamp. dicit ꝙ ſic. q꞉ a reg'la iuris ſm̄ quā requirūt̄ ↄmuniter ſeptē teſtes recedi nō poteſt. niſi quatenus eſt expſſum. Guil. aūt dicit ꝙ in relictis ad pias cauſas ſufficiūt duo teſtes ſine p̄ſbro. In relictis vo ad alia neceſſaria eſt preſbri preſentia. extra eo. relatū. j. Hoſ. vo ſic diſtinguit circa hanc materiam. ſ. ꝙ ſi agat̄ in foro eccleſiaſtico ⁊ inter ꝑſonas eccleſiaſticas. tunc duo vel tres teſtes ſufficiunt. extra de teſta. cū eſſes. q꞉ nec ſcriptura exigit̄. C. de ſacſan. ec. generali. in fi. Si vo agat̄ in foro ſecl'ari ⁊ int̄ ſecl'ares tūc iudex ſecl'aris ſm̄ legē ſuā iudicabit. ar. di. xcvj. duo ſunt. ⁊ c. ſi imperator. Si aūt i foro eccl'aſtico et inter ꝑſonas ſeculares que ſunt de temporali iuriſdictione eccl'ie iudicabunt̄ ſm̄ canōes. ex̄ de fo. ↄpe. qḋ clericis. ⁊ idē eſt ſi layci ſe ſbiecerint ꝓ rogādo ep̄i iuriſdictōnē in ſe. q̄a tunc ꝑ idem eſt ac ſi cognoſceret ordinarie. ex̄ de offi. deleg. ꝑ. ⁊ g. Et hoc vbi dictū ēēt a ꝑtibꝫ ꝙ ſm legem humanā iudicari nolebant. Si vo iudex eccleſiaſticus ex legatōe alicuius principis forte in ciuilibꝫ cognoſceret. tūc ſm legē humanam iudicaret. ⁊ idem eſt ſi in foro ciuili inter clericū agentem ⁊ laycū reū ſit queſtio. Excipe tñ relicta eccleſijs vl' alias ad pias cauſas. in q̄bꝫ in vtroqꝫ foro duo teſtes ſufficere dicūt. ex̄ de teſta. relatū. Jo. tñ ſcripſit ꝙ in hoc corrigunt̄ leges. qꝛ ſm legē diuinā ⁊ canonicā in ore duoꝝ vel triū teſtium. l. fidedignoꝝ ſtat omē v̄bum. nō obſtante lege vel ꝯſuetudine ꝯtraria. vt in. c. cū eſſes. ⁊. c. relatū. Secus eſt qñ teſtes ſunt ſuſpecti. in quo caſu lex loq̄ videt̄. C. de fideicom. l. fi. ibi lex etiā. ⁊. C. de teſta. iubemus. Hec Hoſti.

